
NYPL RESEARCH LIBRARIES
3 3433 06822876 0







P. DOMINICI SCHRAM

BENEDICTINI BANTHENSIS
S. THEOLOGIÆ, ET S. S. CANONUM
PROFESSORIS EMERITI,

ANALYSIS
OPERUM
S. PATRUM, ET SCRIPTORUM ECCLESIASTICORUM.

TOMUS I.


CONTINENS OPERA
S. BARNABÆ. HERMÆ PASTORIS. S. CLEMENTIS PAPÆ. S. IGNATII EPISCOPI, ET MARTYRIS. S. POLYCARPI EPISCOPI SMYRNENSIS, ET MARTYRIS. S. DIONYSII AREOPAGITÆ. S. JUSTINI PHILOSOPHI, ET MARTYRIS. TATIANI ASSYRII. ATHENAGORÆ PHILOSOPHI CHRISTIANI. S. THEOPHILI EPISCOPI ANTIOCHENI. HERMIÆ PHILOSOPHI.

CUM
DUPLICI INDICE,
UNO OPERUM PATRUM, PUNCTORUM DOGMATICORUM, ET MORALIUM, ALTERO RERUM MEMORABILIUM.

SUPERIORUM PERMISSU, ET APPROBATIONE.



AUGUSTÆ VINDELICORUM,
SUMPTIBUS MATTHÆI RIEGER P. M. FILIORUM.
MDCCLXXX.





APPROBATIO.

Sapientiam omnium antiquorum exquiret, Sapiens. Ecclef. 39. Hanc Regulam fecutus eft Vir clariffimus R. P. DOMINICUS SCHRAM Benedictinus Banthenfis in præclaro opere infcripto: *Analyfis Operum SS. Patrum, & Scriptorum Ecclefiafticorum.* In hoc enim Opere fanam Doctrinam, & abundantiffimam Sapientiam exhibet, queis fancti Patres, & Ecclefiaftici Scriptores de Sæculo ad Sæculum fundatam a Chrifto Ecclefiam illuftrarunt, ut Orthodoxi juxta veritatem ftantes, & tenentes traditiones, quas didicerunt, non circumferantur omni vento Doctrinæ, neque Doctrinis variis, & peregrinis abducantur. Luce igitur publica donetur, ut illuminet quemvis Lectorem ad confequendam æternam falutem. Ita cenfeo, Auguftæ Vindelic. die 13. Julii An. 1779.

JOS. ANT. STEINER,
SS. Theol. Doctor, Eminent. ac Sereniff. Elect. & Archiepifc. Trevir. & Epifc. Auguft. Confil. Ecclef. Major Pœnitentiarius, Vifitator Gen. Confift. Affeffor, & Librorum Cenfor.

Imprimatur: ex Vicariatu.

JOANNES HERZ,
SS. Theol. Licent. Eminent. ac Seren. Elect. & Archiepifc. Trevir. & Epifc. Auguft. Confil. Ecclef. Confift. Affeff. & Provicar. in Spiritualibus General. nec non Canon. ad S. Gertrudem.



PRÆFATIO.

Sacram Scripturam non continere omnia ad ſalutem ſcitu, & creditu neceſſaria, ſed præter eam Traditiones Divinas, ſeu Verbum Dei traditum, tamquam Fidei, & Morum Regulam, in quo multa ad ſalutem neceſſaria tradantur, eſſe admittendas, paſſim probant Theologi, & oſtenſum fuit in Compendio Theologiæ *tom.* 1. §. 12. Ejusdem Traditionis ſummam eſſe in Jure Eccleſiaſtico auctoritatem, probatum fuit in Inſtit. Jur. Eccl. *tom.* 1. §. 24. Ad cognoſcendam autem, & conſervandam Traditionem quoad doctrinam, & mores puram, & ab omni cor-

uptione illæsam tutius medium non
quam unanimis omnium Ecclesiæ Pa-
ı consensio, qui illius testes omni ex-
ione majores existunt. *Comp. Theol.*
ı. §. 13. Unde dignas Deo grates
ndere non possumus, quod omni fere
pore præclaros hujusmodi Viros susci-
rit, qui dogmata, moralem, & Ec-
asticam Disciplinam sui sæculi incor-
am nobis suis in scriptis tradiderunt.

Sane Patrum Auctoritas maxima sem-
in Ecclesia fuit: enimvero Concilia
quissima summæ hujus observantiæ
lentissima nobis argumenta exhibent,
pparet ex Actis Concilii Ephesini con-
Nestorium; Chalcedonensis contra Eu-
nen, & reliquorum. Quin & ipsi
. Patres posteriores doctrinam suam
rum Antecessorum authoritate confir-
unt: sic præter alios S. Irenæus in suis
ersus hæreses libris eas argumentis,
extibus S. Clementis Papæ, S. Ignatii
ioch. Ep. S. Polycarpi Smirn. Ep. &

rent, ex quo proinde infer
nus *Epist* 148. *ad Fortun*, c.
de istis Scriptoribus, ac de L
cis S. Scripturæ judicium fer
& consequenter omnibus lice
men sanctis Ecclesiæ Doctorib
verentia, errores illos improl
jicere.

Ad cognoscendam autem
tem Auctoritatis Patrum, illi
ctores privati, vel ut Doctor
& testes illius doctrinæ spec
Ut Doctores privati peculiar
niones proponunt, & tantum
Auctoritas, quantum allata

Proinde pondus Auctoritatis Patrum proprie reſidet in unanimi eorum conſenſu cum fide, ſeu Traditione Eccleſiæ: nec utimur illorum auctoritate ad Catholicas Veritates confirmandas, ſed auctoritate ipſius Eccleſiæ, ſive Traditionis, cujus nobis depoſitum Patres conſervarunt.

Porro ut ea, quæ Patres proprio marte proponunt, ab eo, quod nomine Eccleſiæ docent, rite diſcernantur, ſequentes Regulæ obſerventur. 1. Patres ut Doctores Eccleſiæ, & teſtes Traditionis loquuntur, ſi juxta Vincentium Lirinenſem *Commonit. par.* 1. habeant *Univerſitatem, Antiquitatem, & conſenſum*: ſcilicet, ſi in iisdem deciſionibus unanimiter ſentiant, & antiquiores cum recentioribus perfecte concordent. 2. Si dictæ modo conditiones adſint circa veritates, quæ ad Dogma, ſeu mores ſpectant, ſive ſpeculativæ ſint, ſive practicæ. 3. Quando ſtylo decretorio loquuntur, & ſententias ſuas veluti fidei veritates tradunt, eique contradicentes ut

 hære-

aliter Sabellium Personas Divinas simul confundentem impugnant. S. Augustinus liberum arbitrium aliter contra Manichæos illud negantes, aliter contra Pelagianos supra gratiam illud extollentes propugnat.

3*tio*. Quodsi hac præcautione adhibita difficultas in aliquo Patre occurrens necdum solvi queat, cætera ejus opera consulantur; ut principia illius penitius cognoscantur, ex quibus loci obscuri sensus facile declarabitur.

4*to*. Distinguenda sunt ea, quæ Pater aliquis in juventute scripsit, ab illis, quæ in provecta jam ætate exaravit: sæpe enim in senectute aucta annis eruditione revocantur dicta juventutis, uti in S. Augustino apparet, qui sub finem vitæ suæ peculiares Retractationum libros edidit.

5*to*. Eodem modo distinguere oportet inter ea, quæ Patres ex professo pertractarunt, & illa, quæ obiter solummodo asserunt. Sic ex S. Augustini libris argumenta pro libero arbitrio ex Tracta-

tibus

tibus contra Manichæos: pro neceſſitate vero, & efficacia gratiæ, ex libris contra Pelagianos petenda ſunt.

6to. Auctoritas Patrum illorum, quos Deus ſpecialiter ad defenſionem aliquarum fidei veritatum contra oppugnantes eas hæreticos ſuſcitavit, illorum auctoritati præferenda eſt, qui eas leviter tantum attigerunt. Talis eſt auctoritas S. Athanaſii circa Divinitatem, & Conſubſtantialitatem Filii Dei. S. Gregorii Nazianzeni circa Divinitatem Spiritus Sancti. S. Cyrilli Alexandrini circa Incarnationem Verbi. S. Auguſtini circa myſterium Gratiæ.

7timo. Opera Patrum genuina a dubiis, & ſpuriis ope Critices rite ſecernenda ſunt: & conjectura pro eorum veritate eſſe poteſt, ſi ipſe Pater pro auctore alicujus operis ſe declaravit. Hæc conjectura ex eo roboratur, ſi ſubſequentes Scriptores illud ipſum opus illi adſcribant; ſi doctrina ejus cum doctrina aliorum illius operum concordet; ſi omnia tempori, loco, perſonis, Auctoris ingenio, ſtylo, & phraſi

tionibus Patrum doctissim
tis, ut plures alios omitta

Ratio jam nunc redde
quod modo aggredior.
rum S. S. Patrum, & Scri
siasticorum voco; non s
diffusam ipsissimis eorum
tam, ac eousque ordine ch
ductam, quousque beni
vires, & vitam mihi conce
autem opere hunc semper
bo. *Primo.* Cujuslibet
tiam, genus, scripta, tum
spuria, tum dubia, & Ed
breviter referam, absque e

Secundo. Argumentum, & Scopum iiuscujusque operis, & occasionem, qua, contra quos scriptum fuerit, exponam; ıdque, si commodum fuerit, juxta Scri- oris mentem in suas partes distribuam.

Tertio. Analysin ipsius operis ita insti- am. Editionibus Patrum optimis utar, Summaria cujusque Sectionis, vel in ırgine, vel in contextu, ubi nexus, vel aritas requirit, assignabo: & connecten- ı inter se conjungam notato in margine ımero Sectionis, qui in ipsa Scriptoris dirione adhibita, vel ejus pagina reperi- ır. Argumenta eo ordine, quo Scriptor ısis ejus verbis, relectis tamen non admo- ım necessariis, proponam. Digressiones a roposita materia annotabo, illisque ex- ensis ad principalem Scopum lectorem ducam; & ut mea additamenta a verbis uthoris distingui queant, verba Scripto- is per hæc signa „ , & ubi aliqua omisi er hæc puncta . . . indicabo. Textus, & listorias S. Scripturæ, item Philosopho- ım, Poetarum, aliorumque Scriptorum,

quos

quos Patres subinde fuse secundum inte gra capita allegant, ita referam, ut ea so lum, in quibus vis argumenti sita est, ex hibeam; vel loca S. Scripturæ subinde tan tum per citationes ostendam. Amplifica tiones, præsertim nimis Allegoricas, repe titiones, ac alia non usque adeo necessari omittam. Opera spuria, & summe dubi non attingam: ex genuinis autem illa præ cipue seligam, in quibus Scriptores mate riam aliquam ex professo pertractarunt.

Quarto. Difficultates, & obscuritates quæ in Patrum operibus occurrunt, si le viores sint, in contextu per breves nota parenthesibus inclusas, & vel distincto charactere expressas, vel subinde per am pliores explicationes pro claritate itiden contextui adnexas, ab eo tamen discretas elucidabo. Errores vero, in quos non nulli Patres lapsi sunt, vel graviores diffi cultates per notas fusiores sectioni subje ctas explanabo: quæ potissimum ex eru ditissimis novissimarum S.S. Patrum Edi tionum præfationibus, dissertationibus

nota


inibus, variantibus lectionibus, lo-
ı obſcuriorum explicationibus, &
ım ipſorum correctionibus, ac præ-
:x aliis Authoribus, & maxime ex do-
ıa Concordantia S. S. Patrum Græ-
:que Latinæ Fidei R. P. D. Bernardi
:hal O. S. B. cujus præclariſſimi ope-
æſens hæc Analyſis, & ſupplemen-
& continuatio eſſe poterit, excer-
ınt.


uinto. Denique, ut hæc Analyſis
logis, Canoniſtis, Concionatoribus,
is, quin & Philoſophis, Hiſtoricis,
iquis, quibus omnibus opera SS. Pa-
& Scriptorum Eccleſiaſticorum exi-
utilitatem præſtant; majori, & fa-
uſui eſſe queat, duplici Indice ſin-
Tomi inſtruentur. Horum primus à
Tomi poſitus præcipua Puncta Dog-
a, Moralia, & Diſciplinaria juxta
um prælaudati R. P. D. Bernardi Ma-
l complectetur ad ſuos articulos re-
a, quæ quivis Scriptor in ſuis operi-
ertractavit; ita ut Lector hujus In-
dicis

dicis ope illa unico quasi intuitu inspicere possit. Sic si de S. Scriptura sermo sit, deprehendet S. Clementem, S. Ignatium, S. Justinum &c. de hoc objecto tractasse. Alter Index, ad calcem cujuslibet Tomi collocatus, erit Alphabeticus, & res quascunque memorabiles in eo contentas indicabit.

Hac methodo studium S. S. Patrum, Doctorum, & Scriptorum Ecclesiasticorum, illis alleviabitur, qui ipsorum opera in amplis voluminibus legendi, vel otio, vel mediis destituuntur. Quivis etiam compendiosam Patrum, & Scriptorum Ecclesiasticorum Bibliothecam moderatis sumptibus sibi comparare poterit, in qua non truncatos Patrum textus, sed juxta regulas paulo ante traditas, Scopum illorum, stylum, Phrasin, & Argumentorum vim in ipso fonte perspiciet, omnesque, qui fidelium directioni, & instructioni, sive in Cathedris, sive in Pulpitis incumbunt; imo, non solum omnes Ecclesiastici, sed etiam sæculares laici Doctrinæ Christianæ cog-

ıoſcendæ, ſuæque ſalutis aſſequendæ i in hoc opere reperient, quidquid ſanctiſſimi æque, ac doctiſſimi, docen-ɔs Spiritu Sancto, pulchri, ſani, & ;ioſi in præſtantiſſimis ſuis Scriptis no-reliquerunt, quæ nonn improbo, li-ɔio, ſtudio ex ipſis hauri poſſent. At-hic eſt finis qualiſcunque laboris mei, ibentiſſime immoriar, cum, uti pro-Numine ſpero, cedat ad majorem s hujus Omnipotentis Dei gloriam, ium inſtructionem, & ſalutem, & æ Romanæ, Catholicæ Eccleſiæ exal-ıem, cujus infallibili judicio, & cen-velut obedientiſſimus Filius Scripta ɔromptiſſimo animo ſubjicio.





INDEX

OPERUM PATRUM, ET PUNCTORUM DOGMATICORUM, MORALIUM, ET DISCIPLINARIUM,

QUÆ IN HOC TOMO I. CONTINENTUR.



Primus numerus paginam, secundus sectionem, tertius numerum marginalem indicat.

Tem-

Mandata Dei.

Gratia Dei.

Angeli.

Ecclesia.

Nuptiæ.

PUNCTA MORALIA.

Adulterium.

Bona opera.

Cupiditas mala.

Detra-

Index Operum Patrum,

PUNCTA MORALIA.

Inca

Humilitas.

Martyrium.

Oratio.

S. POLYCARPI EPISCOPI SMYRNENSIS EPISTOLA. pag. 105.

PUNCTUM DOGMATICUM.

PUNCTA MORALIA.

S. DIONYSII AREOPAGITÆ OPERA. pag. 109.

PUNCTA DOGMATICA.

Scriptura Sacra.

S. Scri-

Unio-

S. S. Tri-

Ange-

Sacramenta.

Baptismus.

S. S. Eucharistia.

Sepultura.

S. Joannes Evang.

S. JUSTINI PHILOSOPHI, ET MARTYRIS OPERA. pag. 295.

PUNCTA DOGMATICA.

Scriptura Sacra.

Vetus, & Novum Testamentum.

S. S. Trinitas.

Verbi Divinitas.

Incarnatio.

Chri

Ani-

Animæ immortalitas.

Reſurrectio, & Judicium.

Dæmones.

Infernus.

Prophetia.

PUNCTA MORALIA.

Chriſtiana Religio.

Ch

Crea-

Liberum arbitrium.

Peccatum originale.

Anima.

Resurrectio.

Angeli, & Dæmones.

PUNCTA MORALIA.

Christiana Doctrina.

Divinatio.

Infir

An-

Angeli, & Dæmones.

Resurrectio.

PUNCTA MORALIA.

Adoratio.

Christiana Religio.

Cœlibatus, & Castitas.

Mansuetudo.

THEOPHILI LIBRI AD AUTOLYCUM,
pag. 637.

PUNCTA DOGMATICA.

Scriptura Sacra.

:ripturæ inſpiratio. p. 656. 5. 9.

:cripturæ, & Moſis antiquitas probatur, 695. 11. ſeq. Ubi in ſequentibus Chrono-gia a Moſe usque ad Saulem, ab hoc usque captivitatem Judæorum &c. recenſetur, 696. 12. ſeq.

:ianæ Doctrinæ antiquitas probatur. p. 693. ſeq.

:tiana Doctrina non eſt nova. p. 706. 20. 29.

Græci S. Scriptores non memorent. p. 708. . 30.

Deus.

nonniſi purgatis oculis mentis videri poteſt. 640. 4. 2.

:æ perfectiones nec comprehendi, nec imi-i poſſunt, uti æternitas, immenſitas &c. 641. 5. 3.

ex ſua providentia cognoſcitur. p. 642. 5.

:rovidentia probatur. p. 655. 8.

ex operibus ſuis cognoſcitur. p. 643. 7. 6.

n videbimus, cum immortalitatem indueri-:s. p. 644. 7.

quomodo in Paradiſo ambulavit. p. 668. . 22.


S. S. Trinitas.

Verbi Divinitas.

Creatio.

HER-

HERMIÆ IRRISIO GENTILIUM PHILOSOPHORUM.





S. BARNABÆ APOSTOLI
EPISTOLA CATHOLICA.

§. I.
Author hujus Epiſtolæ.

1. Sanctus Clemens Alexandrinus Sæculi ſecundi Author Eccleſiaſticus Epiſtolam Catholicam ſub nomine S. Barnabæ Apoſtoli allegat, ejusque teſtimonio utitur *l.* 2. *Stromat. pag.* 373. 375. 389. *&* 410. *Et lib.* 5. *pag.* 571. 572. 577. 578. Eandem citat Origenus *l.* 1. *cont. Celſum* ſub finem: & *l.* 3. *de principiis. c.* 2. Ex quo manifeſte apparet, hanc Epiſtolam ſæculo Eccleſiæ primo exaratam fuiſſe, licet de vero ejus Authore Critici adhuc litigent. D. Dupin *tom.* 1. *Biblioth. pag.* 15. *& ſeq.* eam S. Barnabæ Apoſtolo indubitanter adſcribendam eſſe contendit. D. Menardus Ord. S.B. Congregationis S. Mauri, in ſuis ad illam animadverſionibus *t.* 1. *animadv.* 6. & D. Tillemont in ſua *hiſt. Eccl. t.* 1. de hoc vehementer dubitant, imo D. Tillemont illam non S. Barnabæ Apoſtoli, ſed alterius cujusdam cognominis Barnabæ eſſe exiſtimat, nihilominus ta- *Author Epiſtolæ.*

men ex ſtylo ævi Apoſtolici eam ſub Apoſt
rum tempora ſcriptam eſſe certo colligit.

Editiones illius.

Epiſtola hæc poſtquam per plura ſæcula i
Bibliothecarum pluteis delituiſſet D. Uſſerii ſtu
dio Oxonii prælo ſubjiciebatur an. 1643. ſed u
bis Oxoniæ parte magna incendio correpta
Typographeum cum hoc exemplari conflagra
vit. Paulo poſt anno 1645. a D. Hugone Mena
do prælaudato opus hoc eruditis annotatio
bus illuſtratum cura D. Lucæ Dacherii O. S.
ejusdem Congregationis, Menardo morte pr
repto, in lucem Pariſiis prodiit. Porro D. I
cus Voſſius anno 1646. ex tribus Manuſcrip
Florentino, Vaticano, & alio Romano, e
tioni Epiſtolarum S. Ignatii hanc Epiſtolam a
junxit, breveſque notas addidit. Denique a
no 1672. D. Joan. Bapt. Cotelerius *t.* 1. *O*
rum Patrum Apoſt. pag. 15. hanc Epiſtolam
ſeruit, novamque verſionem ex Græco eru
tiſſimis notis illuſtratam adornavit, in qua t
men quatuor capita cum dimidio quinti deſu
quia, uti notat Voſſius in autographo, un
& alterum folium forſan defuit. Huic proin
defectui ut occurreret, idem Cotelerius Ve
rem verſionem ſubjecit, quæ licet ubique b
bariem, & negligentiam prodat, ſitque imp
fecta, & mutila, illi tamen priora capita cu
non paucis emendationibus Græci contextu
debemus, ut nihil dicam de antiquitate illi
& ſimplicitate. Porro Epiſtolam hanc gen
nam ſine notabili mutatione ad noſtra uſq
tempora perveniſſe probant præfatæ Clemen
tis, & Origenis citationes, quæ cum iis te
tibus, quas hodiedum in hac Epiſtola legim

pl

perfecte congruunt. Vocatur demum Catholica, quia non ad unam nationem, sed ad omnes Christianos scripta est.

§. II.
Argumentum Epistolæ.

1. Cum Judæi quidam ad fidem conversi legem Mosaicam una cum Evangelio re[...]endam esse putarent, idque multis Christia[...]is persuaderent, S. Barnabas, sive alius quis, [...] Paulum imitatus eorum doctrinam hac Epi[...]la evellere conatur, quæ in duas partes com[...]de distribui potest. Prima est didascalica, [...] multis argumentis docet, nullum esse am[...]lius Legis Mosaicæ, & Judaicarum Cæremo[...]iarum usum. Altera est parænetica, in qua [...]æclara, & utilia salutis monita, & præce[...]a proponuntur.

§. III.
ANALYSIS EPISTOLÆ.
Pars I.
De abrogato usu Legis Mosaicæ, & Cæremoniarum Judaicarum.

Nullum esse amplius Legis Mosaicæ, & Judaicarum Cæremoniarum usum S. Bar[...]bas variis argumentis demonstrat. Et *primo* quidem hoc probat n. 2. „Quia Dominus [...]aperuit nobis per omnes Prophetas, quia [...]on utitur hostiis nostris, neque victimis, ne[...]ue oblationibus, hæc dicens: *Quo mihi mul[...]tudinem Sacrificiorum vestrorum dicit Domi-*

Sacrificia V. L. abrogata sunt. n. 2.

Is. 1. *v.* 11.

„*nus? Plenus sum holocaustomatibus arietum*,
„*pinguaminibus agnorum*, *&* *sanguinem hircor*
„*&* *taurorum nolo. . . . Si attuleritis mihi si*
„*laginem*, *vanum*; *supplicamentum* (id est inc
„sum juxta textum græcum) *execratio*
„*est*. . . Ex his concludit S. Barnabas: „H
„ergo (*Sacrificia V. L.*) vacua fecit, ut n
„lex Domini nostri Jesu Christi, quæ sine j
„necessitatis (*Legis Mosaicæ*) est, human
„habeat oblationem.„ Scilicet cor ad divi
mandatis obediendum paratum, nam S. B
nabas ita pergit: „Dicit Dominus iterum
r. 7. „illos: *Numquid ego præcepi parentibus vestr*
12. „*cum exirent de terra Ægypti*, *ut offerrent*
„*hostias*, *&* *victimas? sed hoc præcepi illis dicen*
„*Unusquisque vestrum adversus proximum non*
„*beat malitiam*, *&* *juramentum mendax non*
„*beat*.„ Ubi potius sensum, quam verba
remiæ refert, & ulterius, & clarius suum
tentum probat ex illo Ps. 50. v. 19. „*Sacr*
„*cium Deo Spiritus contribulatus*, *cor contritu*
„*&* *humiliatum Deus non despicies*.„

n co- 4. *Secundo* eandem veritatem n. 3. prob
s jeju- ex Jejuniorum Judaicorum abolitione, qu
n. 3. ostendit ex *Is*. 58. *v*. 4. & ait: „Dicit ergo i
„rum de his ad illos: *Ut quid jejunatis*, *ut*
„*die audiatur vox vestra in clamore? non tale*
„*junium elegi*, *dicit Dominus*. . . *Neque si c*
„*vaveris quasi circulum collum tuum*, *&* *sacc*
„*te circumdederis*, *&* *cinerem straveris*, *nec sic*
„*lebrabis jejunium acceptum*. Ad nos autem
8. *v*.6. „dicit: *Cum jejunaveris*, *solve omnem nodum*
„*justitiæ* . . . *frange esurienti panem tuum* .

„*Ti*

„*Tunc exclamabis* , *& Deus exaudiet te &c.*
Ex quo S. Barnabas ita infert: „In hoc ergo
„fratres providens eſt, & miſericors Deus,
„qui cum in ſimplicitate crediturus eſſet po-
„pulus, quem comparavit dilecto ſuo, atque
„ante oſtendit omnibus nobis, ut non incur-
„ramus tanquam proſelyti ad illorum legem.„

5. *Tertio* poſtquam n. 4. S. Barnabas fide- *Teſtamentum vetus abrogatum n. 4.*
les monuerat, ut Nazarenorum, illisque ſimi-
lium Chriſtianorum errorem non ſequerentur,
qui legem Moyſi una cum Evangelio obſerva-
bant, ſolvit objectionem dicentium: „Quia te-
ſtamentum illorum, & noſtrum eſt.„ ad quod
reſpondet: „Noſtrum autem (*ſcilicet quoad de-
ſtinatum*) quia illi converſi in idola perdide-
runt illud: dicit enim Dominus Moyſi: *Moy-* *Exodi 32. v. 7.*
ſes deſcende celerius, *quia præteriit legem popu-*
lus tuus, *quem eduxiſti de terra Ægypti.* Et *Cur Moyſes tabulas fregerit.*
projecit Moyſes tabulas lapideas de manibus
ſuis, & confractum eſt teſtamentum eorum,
ut dilectio Jeſu conſignetur in præcordiis ve-
ſtris in ſpem fidei illius.„ Adeoque juxta ob-
ſervationem D. Fleury *t.* 1. *Hiſt. Eccl.* oſtendit
Hebræis, fœdus cum Deo initum, & teſta-
mentum per eorum idololatriam ſolutum eſſe,
legem dilectionis Chriſtianis reſervatam eſſe.

6. *Quarto* S. Barnabas n. 5. thema ſuum *Chriſtiani a ſervitute liberati n. 5.*
probat ex Adventu, & Paſſione Chriſti, cujus
divinitatem cum ex illo Gen. 1. v. 26. *Facia-* *Divinitas verbi.*
mus hominem ad imaginem, *& ſimilitudinem no-*
ſtram, aſſeruiſſet, rationes Incarnationis, & *Cauſæ Incarnationis.*
Paſſionis ejus affert: „Niſi enim veniſſet in
carne, quomodo ſervati fuiſſemus nos homi-
 „nes

„nes videntes eum? quandoquidem illi, q
„solem hunc aliquando desiturum, opus m
„nuum ejus, aspiciunt, non valent radios illi
„obtueri. Filius itaque Dei ideo in carne v
„nit, ut summam imponeret peccatis eorum
„qui ad mortem persecuti sunt Prophetas illi
„Igitur ob hoc passus est: „ quam ejus passi
nem a Prophetis prænuntiatam probat, Judæ
quidem occisoribus noxiam, sed Christia
& fidelibus salutarem. „ Ubi ergo, ait, nos
„novavit per remissionem peccatorum, effe
„ut aliam formam haberemus, animam n
„puerili similem, ipse enim reformavit nos.
„Itaque nos sumus, quos introduxit in ter
„bonam; „ scilicet lacte, & melle manan
n. 6. 7. 8. consequenter nos a servitute legis
teris liberavit.

An Apostoli ante vocationem pessimi fuerint.

Nota. S. Barnabas n. 5. ait: „ Quando autem A
„stolos suos, qui prædicaturi erant illius Eva
„lium, elegit, homines omni peccato iniquior
„vel juxta antiquam versionem; „ super omne p
„catum peccatores, ut ostenderet, quod non
„nit vocare justos, sed peccatores, tunc palam
„cit, se esse Filium Dei. „ Quem locum eti
citat Origenes *contr. Celsum l.* 1. & S. Gregori
Nazian. *in Philocalia.* Verum bene observat Co
lerius in Not. Admodum hyperbolice hæc dicu
tur, & præferenda est sententia Constantini I
in orat. ad Sanctorum cœtum c. 11. *&* 15. ac Jo
l. 9. *c.* 38. *in Biblioth. Photii cod.* 222. Aposto
etiam antequam Christum sequerentur, fuisse vi
reliquis sapientiores, & meliores. Nam si dem
Judam proditorem, ac forte Matthæum public
num, in cæteris benignior indoles ubique elu
in Evangeliis. Notat tamen etiam Menardus
not. de vita Apostolorum ante eorum vocation
nll

reperiri in Scriptura, quod huic Barnabæ sen-
iæ adversetur: imo sic Christus omnibus pec-
ribus veniam promittens, nequissimis omnium
ata dimisit, eosque in Apostolicæ dignitatis
gio collocavit, ut nemo posthac de peccato-
suorum remissione dubitaret, si pœniten-
agere vellet.

Quinto. Doctrinam suam de abrogatione *Circumci-*
Mosaicæ S. Barnabas n. 9. probat ex ab- *sio abro-*
one circumcisionis, & ait: „Circumci- *gata. n. 9.*
nim, in qua confidebant, irrita facta est:
cepit enim circumcisionem non carnis; illi
m transgressi sunt, quia malus Angelus
pit illos. Ait ad eos: *Hæc dicit Dominus* Jer. 4.
vester: hic inveniam novam legem: nolite v. 3.
super spinas. Circumcidimini Domino ve-
Et quid dicit? *Circumcidite duritiam cor-* Jer. 7.
stri, & cervicem vestram ne induretis. At- v. 26.
iterum: *Ecce dicit Dominus: Omnes gentes* Jer. 9.
cumcisæ sunt, ac præputium habent: iste ve- v. 25.
pulus corde est incircumcisus. At inquies:
& vero ille populus in signum circumci-
r. Verum & circumciduntur Syri omnes,
rabes, ac omnes Sacerdotes idolorum.
e ergo pertinent quoque ad Domini testa-
tum? Sed & Ægyptii circumcisionem
pant. Discite igitur filii de omnibus ab-
e. Abrahamus, qui primus dedit circum-
nem, in spiritu prospiciens in Jesum, cir-
cidit (2), accepto trium litterarum do-
ento: narrat enim Scriptura, quod Ab-
m viros e domo sua decem, & octo, &
entos circumcidit. Quæ ergo illi in hoc
eft cognitio? Discite: primo *decem &*

„*octo*, dein trecentos: decem autem, & c
„exprimuntur per ι decem, η octo, habes i
„tium nominis Ιησῦς: quia vero crux in fig
„litteræ T, quæ designat numerum CCC i
„bitura erat gratiam, ideo ait, *trecentos*. Ost
„dit itaque Jesum in duabus litteris, & c
„cem in tertia. „

Circumcisio signum distinctivum Judæorum.

1. Ægyptii prætendebant, circumcisionem pri apud eos usurpatam ad Judæos, aliosque popu dimanasse, de quo etiam Colchi, & Æthiopes gl riabantur, teste Herodoto *l.* 2. *c.* 36. Diodoro Sic lo *l.* 1. *p.* 17. & Origene *contr. Celsum l.* 1. *p.* 1 Econtra nos Divino eloquio, & Patrum traditi ne nixi dicimus, circumcisionem a Deo Abraha concessam per Isaacum ad Judæos, & ad Samarita per Ismaelem ad Ismaelitas, per Ceturæ liberos multas Orientis gentes, per Esau ad Idumæos pe venisse. Postea alii populi vicini, maxime l memorati, Judæos præsertim imitati sunt, part stolido studio, partim ingentibus circumcisio utilitatibus invitati, quas refert Philo Judæus *l. circumcis.* Accurata tamen hujus ritus observa penes solos Judæos mansit: cæteri in tempore, modo discrepabant, nec omnes omnino, sed l Sacerdotes, & eruditionis, ac pietatis studiosi c cumcidebantur. Ita Cotelerius probat variis te moniis. Unde etiam apparet, circumcisionem Deo Hebræis præceptam signum distinctivum cæteris nationibus semper fuisse, quo modo S. B nabas cum communi Theologorum sententia c ciliari potest.

Allegoria de nomine Jesu, & Cruce.

2. Allegoria de nomine, & Cruce Jesu licet non omnino fidei absona, non tamen adinstar omni allegoriarum admodum stricte sumenda est: n Hebræorum litteræ cum numeris Græcorum c nimode non concordant. Deinde Patres in nu ro 318. simile mysterium quærentes, non circ cisos ab Abrahamo domesticos, sed vernaculos e

m

milites *Gen.* 14. *v.* 14. intellexerunt, uti præter alios Clemens Alex. *l.* 6. *Strom. p.* 656.

8. *Sexto.* Thema fuum S. Barnabas n. 10. probat ex fine prohibitionis nonnullorum ciborum, quæ a Deo non tantum ideo facta eft, ut ab illis vere, & realiter Judæi abftinerent, verum etiam ut ea peccata vitarent, quæ in illis cibis fignificabantur, a quibus Chriftiani vitiis etiam abftinere debent. „Itaque mandatum Dei non eft (*fcilicet tantum*) ne manducent, fed Moyfes in fpiritu locutus eft. Quapropter (*dum fuem manducare prohibet. Lev.* 11.) „Sic fuem ait, quafi diceret, non adhærebis „hominibus talibus, qui fimiles funt porcis: „nam cum in deliciis vivunt, Domini fui obli„vifcuntur; cum autem deftituuntur neceffa„riis, Dominum agnofcunt. *Nec manducabis,* „inquit, *aquilam, neque accipitrem, neque mil„vum, neque corvum,* hoc eft, non adhærebis, „neque affimilaberis iis hominibus, qui ne„fciunt fibi labore, ac fudore parare victum, „fed aliena rapiunt inique. . . *Nec manducabis,* „inquit, *muranam, neque polypum, neque fe„piam.* Non inquit adhærebis, nec fimilis eris „hujusmodi hominibus, qui in perpetuum im„pii funt, & ad mortem funt adjudicati, quem„admodum ifti pifciculi, foli maledicti, in pro„fundo volutantur, nec ut reliqui pifces na„tant, fed in terra, quæ in profundo maris „eft, degunt. Ad hæc *leporem,* inquit, *non* „*comedes.* Quamobrem? id eft, non eris pue„rorum corruptor, nec fimilem te iis homini„bus efficies: quoniam lepus annis fingulis „anum multiplicat, quot annos vivit, tot ha-

Ciborum legalium prohibitio fublata. n. 10.

„bet foramina. *Sed nec hyænam mandi*
„Non eris, inquit, adulter, neque corru
„nec talibus assimilaberis. Quare? quia
„animal annuatim sexum mutat, & modo
„modo foemina est. Sed & mustellam
„odio prosecutus est. Dissimilem, inqui
„præbebis illis, quos audimus ore impu
„quitiam patrare, nec imitaberis earum
„ritatem, quæ infandum facinus ore p
„trant: nam hoc animal ore concipit.
„Moyses de escis tria decreta locutus
„illi vero Judæi juxta carnis cupidit
„quasi de escis simpliciter egisset,
„perunt. Horum porro trium Scitorum
„nitionem sumit David, & ait similiter
Ps. I. *v.*I. „*tus vir, qui non abiit in consilio impiorum:*
„ii pisces ambulant in tenebris, ac mari
„fundo. *Et in via peccatorum non stetit:*
„ii, qui videntur Deum quærere, &
„sus peccant. *Et in cathedra pestilentiæ n*
„*dit:* quemadmodum aves, quæ ad ra
„sedent. . . Videte, quomodo spirituali
„gem constituit Moyses. „ Scilicet in
bitione dictorum ciborum, quam secundu
ritum, relicta littera antiquis Judæis c
bus, fideles, & spirituales Christiani
vant.

Passio Christi, & Baptismus legalia aufert. *n.* II. 12.

9. *Septimo.* Suam doctrinam S. Bar
n. II. & 12. demonstrat ex virtute Bap
Passionis, & Crucis Christi, quam colli
Ps. I. v. 3. „*Erit tanquam lignum, quod*
„*tum est secus decursus aquarum, quod f*
„*suum dabit in tempore suo.* Et subdit.
„madvertite, quomodo aquam, & c

leſcripſit. Hoc enim dicit: Beati, qui
ıeraſſent in crucem, deſcenderunt in
, quia mercedem, inquit, in tempore
l eſt, tunc retribuam . . . nos deſcen-
quidem in aquam pleni peccatis, ac
ıs, inde autem emergimus fructum aſ-
s in corde timorem, & ſpem in Je-
ıbentes ex Spiritu. „ Ulterius virtu-
ſionis, & Crucis Chriſti ex illo *Exod.* 17.
, quod Hebræi pugnantes contra Ama-
vincebant, cum Moyſes levaret manus.
iat figuram Crucis, & ejus, qui erat
ıs, quia ſi in hunc non ſperaverint,
: debellabuntur . . . Cum autem ite-
ıanus demittebat, iterum occideban-
Cur hoc? ut cognoſcerent, quod non
nt ſervari, niſi per ſpem in illum. „
: eandem virtutem ex ſerpente æneo
: erecto, figura Jeſu crucifixi, quem
ſerpentibus aſpicientes ſanabantur; &
s Divinitatem oſtendat, affert ſenſum
:xod. 17. v. 14. „ *In noviſſimis diebus Fi-* Divinitas
ei (Jeſus) exſcindet a radicibus omnem Verbi.
Amaleci. Ecce rurſum non Filius ho-
ſed Filius Dei Jeſus, qui figura in car-
paruit. Quoniam ergo dicturi erant,
ım eſſe Filium Davidis, reformidans,
lligens errorem ſceleratorum ait: *Dixit*
us Domino meo, ſede a dextris meis.
vero ita loquitur: *Dixit Dominus Chri-* Pſ. 109.
Domino, cujus apprehendi dexteram, ut v. 1.
it coram eo omnes gentes, & fortitudinem
diſrumpam. „ Ubi licet Propheta pri-
ıatur de Cyro ſecundum litteram, in
ipſo

ipſo tamen progreſſu agit de Cyro ſecun
Spiritum, id eſt Chriſto, latenter ab ill
hunc tranſeundo, uti notat Menardus.
igitur per paſſionem & crucem Chriſti ac b
mum de mediis ad ſalutem chriſtianis ſuffi
ter proviſum ſit, legalibus antiquis non
plius indigent.

Reprobatio Judæorum, & electio gentium. n. 13. 14.

10. *Octavo.* S. Barnabas dogma pro
tum probat ex reprobatione Judæorum, &
ctione gentium, quam demonſtrat prim
hiſtoria Rebeccæ gravidæ, ad quam Deu
xit *Gen.* 25. *Duæ gentes in utero tuo ſunt
duo populi in ventre tuo, atque unus populus
rum ſuperabit, & major* (ſcilicet Eſau, S
goga, ſeu Judæi) *ſerviet minori* (ſcilicet Ja
Eccleſiæ, ſeu gentibus converſis.) 2. ex h
ria Ephraim, cui, licet minori, benedixit
cob præ Manaſſe majori *Gen.* 48. quia nimi
major ſerviet minori. n. 13. *Tertio* ex promi
ne Abrahamo facta Gen. 15. *Ecce poſui t
trem gentium, quæ per præputium credunt Do*
Quarto a fractione tabularum Moyſi Exod.
v. 7. Et ait n. 14. „Accepit itaque Mo
„ipſi vero digni non fuerunt. Quo modo
„habuerimus, diſcite: Moſes, cum eſſet fa
„lus, eas accepit; nobis autem ipſe Dom
„(*Chriſtus*) cui ſumus in populum hære
„tis, tradidit, pro nobis paſſus. Ad hoc
„apparuit, quo tum illi in peccatis conſum
„rentur, tum nos per illum hæreditatem ad
„tes, Domini Jeſu teſtamentum poſſiderem

Abrogatum Sab-

12. *Nono.* Suam doctrinam n. 15. dem
ſtrat ex abrogatione Sabbati Judæorum,

:epit Deus, ut sanctificetur in mani-
idis, & corde puro. „ Si ergo, infert
as, quam diem Deus sanctificavit, ali-
inc potest sanctam efficere, nisi sit per
mundus corde, erravimus. Vide igi-
inc pulchre requiescens sanctificabit il-
quando nos poterimus recepta justa
ione, deleta iniquitate, novatis vero
a Domino, poterimus, inquam, tunc
n diem sanctum reddere, ipsi prius
ffecti. Demum illis dicit: *Novilunia*
& Sabbata vestra non fero. Cernite,
ione loquatur: non mihi accepta sunt
:ia Sabbata, sed illa, quæ feci; quan-
:et universis finem imponens, octavi
:iam initium, hoc est initium alterius
Idcirco & diem octavum in lætitia
, in quo & Jesus resurrexit a mortuis,
:um apparuisset, ascendit ad cœlos. „

batum Judæorum, n. 15.

Is. 1. *v.* 13.

Dies Dominicus Sabbatum christianorum.

ctor hujus epistolæ citato n. 15. probat, quod
nillibus annorum mundus, & omnia con-
ıda sint, & ait: „Advertite filii, quod dicit
tura) consummavit (*creationem mundi*) in
ebus: hoc dicit, quia omnia consumma-
ominus Deus in sex millibus annorum;
pud illum dies æquiparantur mille annis,
:met testatur dicens: Ecce hodiernus dies
nquam mille anni. Itaque filii! in sex an-
ı millibus consummabuntur universa. „
inio multos antiquos propugnatores habuit:
æum *l.* 5. *adv. hær. c.* 28. SS. Hypoly-
Justinum, Hilarium, Hieronymum, Augu-
, qui vid·ri possunt in notis Cotelerii, qui
simul observat; „Multis auctoritatibus,
irma ratione se tuentur, qui certum mundo
ıum temporis figunt, quo adveniente non
„am-

Duratio & finis mundi.

„amplius permansurus sit in præsenti statu,
„stantiorem scilicet reformandus.

11. In illis verbis: & cum apparuisset, ascen
cœlos, auctor videtur dicere, Christum d
minica in cœlum ascendisse, quod falsum es
rum Menardus bene ita hæc interpretatur
apparuisset, per quadraginta dies videlicet,
ascendit ad cœlos; quasi hæc dicta sint obit
tra suum locum; ut non necesse sit referri a
octavum.

Templum Judæorum destructum, & Spirituale ædificatum. n. 16.

12. *Decimo* denique n. 16. S. Bar
doctrinam suam ostendit ex destruction
ruina templi Judæorum, & ædificatione
pli spiritualis & ait: „Iterum quod trad
„esset civitas una cum templo, & cum p
„Israelitico, est declaratum, ait quippe
„ptura (*saltem quoad sensum sparsim*) „*E*
„*in novissimis diebus, tradet Dominus oves p*
„*& caulam, & turrim eorum in exitium.* *E*
„contigit, quemadmodum locutus est Dom
„Quæramus itaque, an extet templum
„Existit, quando quidem ipsemet se illud
„re ac perficere testatur: scriptum enim
Dan. 9. „*Et erit, hebdomada completa ædificabitur m*
Agg. 2. „*fice templum Domini in nomine Domini.*
„nio igitur, quod templum existit. Qu
„tione ergo ædificabitur in nomine Dom
„Discite. Antequam Deo crederemus,
„cordis nostri domicilium corruptioni
„xium, & imbecille, ad modum templi
„per manus ædificati; plenum siquidem
„idolorum cultu, & erat domus dæmonio
„quod faceret, quæcunque Deo contraria
„ædificabitur autem in nomine Domini.

udite; ut templum Domini magnifice ædificetur: Quomodo? discite; accepta remissione peccatorum, & spe habita in nomen Domini, facti sumus novi, iterum ab integro creati; quare in domicilio nostro vere Deus existit, habitat in nobis. Quomodo? Verbum ejus fidei, vocatio ejus promissionis, sapientia justificationum, mandata doctrinæ: ipse in nobis prophetat: ipse in nobis inhabitat: morti addictis nobis aperit fores templi, id est os, nobis dat pœnitentiam, sicque introduxit in templum incorruptum. Hoc templum spiritale Domino constructum.„

Pars II.

via lucis, seu de iis, quæ christiano agenda, & via tenebrarum, seu de iis, quæ illi fugienda sunt.

„Via igitur lucis hæc est, ait S. Barnabas, si quis cupiens incedere ad præstitum locum, suis operibus properet. Cognitio itaque nobis data in hac via ambulandi hujusmodi est. Diliges creatorem tuum. Glorificabis eum, qui redemit te morte. Eris corde simplex, & Spiritu dives. Non adhærebis ad eos, qui incedunt in via mortis. Odio habebis omne id perpetrare, quod Deo non placet. Abhorrebis omnem simulationem. Ne derelinquas mandata Domini. Teipsum non exaltabis, eris autem humilis. Non assumes tibi gloriam. Non capies malum consilium adversus proximum tuum. Non dabis animo audaciam, & confidentiam. Non fornicaberis. Non adulterium facies.

Agenda a Christiano. n. 19.

„Pue-

„Pueros non corrumpes. Ex te non egre
„tur verbum, tibi à Domino concessum
„ulla impuritate. Non accipies personan
„arguendo cujuspiam lapsu. Eris mansue
„Eris quietus. Contremisces ad verba; (
„audisti. Fratri tuo ignosces. Ne ambig
„utrum futurum sit, nec ne (*scilicet quod L*
„*prædixit.*) „ Ne assumas in vanum non
„Domini. Diliges proximum tuum plusqu
„animam tuam. Non interficies fœtum
„abortione, nec etiam interimes post nativ
„tem. Ne auferas manum tuam a filio tu
„vel a filia tua, sed a pueritia docebis eos
„morem Domini. Bona proximi tui non c
„cupisces, nec eris avarus & fraudator. I
„que ex anima tua adhærebis superbis,
„cum justis atque humilibus adscriberis. Q
„tibi contingunt vexationes, tanquam b
„admitte. Non eris inconstans, nec bilingu
„laqueus enim mortis est lingua duplex. S
„jicieris Domino Deo, dominis vero, ut I
„imagini, in verecundia, & timore. Ne
„amaritudine imperes ancillæ, aut servo t
„qui in eundem sperant, ne forte non tim
„Deum, qui super utrumque est; quoni
„non venit vocare secundum personam, su
„quos Spiritus præparavit. Communicabis
„omnibus cum proximo tuo, nec quidqu
„dices proprium: si enim in incorruptis (
„*ritualibus*) consortes estis, quanto magis
„iis, quæ corrumpuntur (*temporalibus*). N
„eris lingua præceps: os enim laqueus
„mortis. Quantum potes, & supra quam p
„tes, coles castitatem. Noli porrigere man

„ti

ıs ad accipiendum, ad dandum vero con-
ihere. Diliges ut pupillam oculi tui om-
ı, qui tibi loquetur Verbum Domini. In
ıoriam tuam nocte ac die revocabis judi-
ſiem. Exquires quotidie vultus ſancto-
ı, etiam ſpeculatus per verbum, & ad
ıortandum incedens atque meditans, ad
ındam animam per verbum. Et mani-
tuis operaberis ad redemptionem pecca-
ım tuorum. Non dubitabis dare, neque
ımurabis cum das, *omni petenti te tribue*: *Luc. 6. v.*
ıoſces autem, quis ſit bonus mercedis re- 30.
ıtor. Servabis, quæ accepiſti, nec ad-
ı, nec demens. Malus odioſus tibi erit
ıerpetuum. Juſte judicabis. Non facies
ıium, ſed pacem conciliabis inter conten-
ıes, eos aſſocians. Confiteberis peccata *Nota con-*
Non accedes ad orationem tuam in con- *feſſionem*
ıtia mala. Hæc eſt via lucis. *peccato-*
rum.

ı. „Via autem tenebrarum & cœcitatis *Opera te-*
ıua eſt, plenaque maledictionis. Eſt *nebra-*
ı via mortis æternæ cum ſupplicio: in *rum.*
ſunt, quæ perdunt animam viatorum; *n.* 20.
ırum ſervitus, temeritas, elatio poteſta-
ſimulatio, cor duplex, adulterium, ho-
dium, rapina, ſuperbia, transgreſſio, do-
malitia, arrogantia, veneficium, magia,
itia, nullus Dei timor. In qua ſunt bono-
perſecutores, oſores veritatis, amatores
ıacii, non adjuncti ad bonum, viduæ, &
llo non attendentes ex juſto judicio; vigi-
ıs non ad timorem Dei, ſed ad malitiam: a
ıs longe & procul ſunt manſuetudo, & pa-

„tientia: qui diligunt vana, consectantur re
„nerationem, non miserentur inopis, non la
„rant in gratiam illius, qui labore & ærum
„confectus est: ad obtrectationem prom
„non cognoscentes auctorem suum; liber
„interemptores, in abortione corrumpente
„opus, aversantes egenum, opprimentes
„ctum, divitum advocati, pauperum in
„judices, per omnia peccatores.

S. HERMÆ
VIRI APOSTOLIC
PASTOR.

§. I.
Author & Authoritas Pastoris.

thor. 1. Hermas opus scripsit apud veteres c berrimum, cui titulus, *Hermæ P* Origenes *in cap.* 16. *ad Rom.* Euse *l.* 3. *hist. Eccl. c.* 3. S. Hieronymus *de Scri Eccl.* dicunt, hunc esse illum Hermam, qu salutari jubet Apostolus *ad Rom. c.* 16. *v.* Damasus vero, sive potius Author libri Pon ficalis censet hunc Hermam libri Pastoris A thorem fuisse fratrem S. Pii I. P. & librum a pellatum esse *Pastorem*, quoniam Angelus habitu Pastoris Hermæ apparuit, & ut ea s beret, quæ revelaverat, jussit. Verum c fictus hic S. Pii frater in suo mandato de P schate die Dominico celebrando agat, cujus
li

ıstoris nulla mentio occurrit, merito ab
; rejicitur. Illud certum est, opus hoc
ustissimum, & primo Ecclesiæ sæculo
endum, quod tribus libris constat. Pri-
ıatuor *visiones* complectitur, quas Au- *Partes.*
vidisse testatur. Secundus duodecim
» continet, ad mores & christianam
m spectantia. Tertius decem *similitudi-*
.ibet, sub quibus Author varias graves
es proponit. Nonnulli antiqui Patres,
æus *l.* 4. *adv. hær. c.* 37. S.Clemens Alex. *Authori-*
om. opus Hermæ tanti fecerunt, ut il- *tas.*
ut sacrum scripturæ Codicem laudave-
|uibus tamen assentiendum non est, tum
ı. Athanasius *l. de decret. Syn. Nic.* Eu-
l. 3. *hist. Eccl.* S. Hieronymus *in Prol.*
. Ruffinus *in expos. Symb.* Auctor Stico-
e *in Chronogr. Nicephori CPtani* illud ex-
ıonem SS. Scripturam merito ablegant:
|uia Gelasius P. in Concilio Romano anno
post maturum examen illud apocrypho-
ıumero accensuit, non quod noxia do-
sit, aut supposititium, sed extra canonem
riptura collocandum sit, licet alioquin
mum existat, unde etiam olim publice
lium conventibus legebatur, teste S. Atha-
in sua epistola paschali, & maximis lau-
ab antiquis Patribus efferebatur. Nihi-
us D. Dupin *t.* 1. *Biblioth.* censet, quod
tes in hoc opere contentæ Ecclesiæ ma-
osuissent, si Hermas illas ea simplicitate
suisset, qua ante ipsum Apostoli usi sunt.
;anda autem est temeritas quorumdam
tiorum scriptorum, qui hunc Pastoris
B 2 librum

librum elato supercilio aspernantur, & t
quam Novatianorum, Pelagianorum, & M
tanistarum hæresibus oppletum; fabulisque
inanibus visionibus infartum omnino repudi
quos doctissime refellunt Natalis Alex. Sæ
Hist. Eccl. & Nicolaus le Nourry *dissert.* 4.
parat. ad Biblioth. max. P. P.

Editiones. Denique D. Tillemont *t.* 2. *hist. Eccl.* m
net, quod licet hodie non habeamus hoc op
sine latino sermone exaratum, dubitari tam
non possit, quin ab initio græco sermone c
scriptum fuerit, imo teste S. Hieronymo in
tal. Script. Eccl. Græcis magis, quam Lati
innotuerit, textus tamen latinus, quem m
habemus, primis ecclesiæ sœculis elabora
est, & optime refert textus græcos, quos
tustiores Authores allegant. Extat Liber
storis *tom.* 5. *Bibl. P.P. edit. Paris.* Ipsi
etiam edidit notisque doctissimis illustra
D. Cotelerius ex MS. SS. Germani & S. Vic
ris. Adjectæ etiam sunt variæ lectiones
antiquo Carmelitarum Excalceatorum subu
Parisiensis MS.: accesserunt etiam, quæ in
sima pagina Oxoniensis editionis an. 1685.
guntur, ex Codd. Bodlejanæ & Lambetha
Bibliothecarum.

LIBER PRIMUS.

QUI INSCRIBITUR VISIONES.

§. II.

Argumentum Libri I.

2. Liber primus Hermæ complectitur visio
quatuor, quas Author sibi contigi
rele

t, & in quibus utilissima de repellendis
s cogitationibus, discreta liberorum disco-
m castigatione, Ecclesiæ triumphantis
ura, ac variis reproborum ordinibus, ac
m de superventura hominibus tribula-
e aguntur.

§. III.

ANALYSIS LIBRI PRIMI.

Visio I.

tra turpes & elatas cogitationes, & negligentem Hermæ filiorum castigationem.

Hermas ut ostendat periculum impurarum cogitationum n. 1. narrat, quod die qua- videns puellam in fiuvio Tiberi se lavan- , quam in juventute sua antea viderat, & rerat, cogitabat in corde suo, dicens: ix essem, si talem uxorem & specie & mo- us sortitus essem. Hoc solum, nec ultra idquam, ait, cogitavi.„ Cum vero post iod tempus proficiscens eadem cogitaret, rmivit, & vidit in spiritu dictam mulie- in cœlo aperto, dicentem sibi: „Recepta n huc, ut peccata tua arguam apud Domi- m. Deus irascitur tibi, quoniam peccasti me... nam in corde tuo ascendit concu- centia nequitiæ. Annon videtur tibi, viro to rem iniquam esse, si ascenderit in corde la concupiscentia? peccatum est ei, & idem grande: Justus enim vir justa cogi- &c.„ Cum vero Hermas ob hæc verba ementer contristaretur, & timeret, venit *Malæ cogitationes repellendæ. n. 1.*

 ad

„inferens.„ (*Si nimirum*
ria.) „Non enim debet h
„renda esse in servo Dei,
„batus concupiscere malum

Liberi discoli castigandi. n. 2. 4. „Verumtamen pergel
„causa tui irascitur Dominu
„mum tuam, quæ nefas ad
„& in parentes suos. Et
„filiorum, non commonuisti
„dimisisti illos conversari v
„desinas ergo commonere
„enim Dominus, quod pœr
„toto corde suo, & scribet t

n. 3. 4. 5. Denique n. 3. & 4.
ex libro maledictionem refug
rum, ac benedictionem elect
gens de cathedra, quam qu
orientem deportarunt, tacto
a quatuor viris in dictam c
hilaris discessit.

VISIO II.

Rurſum de negligenti uxoris loquacis, & filiorum libidinoſorum caſtigatione, & ejus modo.

Uxor loquax & filii libidinoſi corrigendi.

Elapſo anno cum Hermas denuo proficiſceretur, eadem anus illi apparuit ambu-
ns, & in aliquo libello legens, quem acce-
tum ab ea Hermas ad litteram deſcripſit, qui-
ue mox de manu ejus ſublatus fuit. „Erat
iutem ſcriptura hæc. Semen tuum Herma
deliquit in Dominum, & prodiderunt paren-
tes ſuos in nequitia magna. Et audierunt
proditores parentum, & prodentes profece-
runt. Sed etiam nunc addiderunt peccatis
ſuis libidines, & commaculationes nequitiæ,
& ſic impleverunt iniquitates ſuas. Sed im-
propera verba hæc filiis tuis omnibus, & con-
jugi tuæ, quæ futura eſt ſoror tua: (*ſcilicet
r continentiam.*) Et ipſa enim compeſcat lin-
guam ſuam, in qua malignatur. Et auditis
rerbis his continebit ſe, & conſequetur mi-
ericordiam. Erudietur enim, poſtquam im-
properaveris illi hæc verba, quæ mandavit
ille dominator, ut tibi revelentur. Tunc
emittentur illis peccata, quæ jam pridem
peccaverunt, & omnibus Sanctis, qui pec-
caverunt usque in hodiernum diem, ſi ex
toto corde ſuo egerint pœnitentiam.... Dices
ergo eis, qui præſunt Eccleſiæ, ut dirigant
rias ſuas in juſtitia, ut recipiant in pleno re-
promiſſionem cum multa gloria.

Modus eos castigandi.

7. Porro ut castigatio filiorum & uxori suæ Hermæ proficua fit, monet illum præd cta anus. „Tu autem Herma noli meminiss „injuriarum filiorum tuorum, sed nec sororem „tuam negligas, sed cura, ut emendetur a pr „ſtinis peccatis. Erudientur enim doctrin „iſta, ſi tu jam fueris memor injuriæ fi „liorum. Memoria enim injuriarum morten „operatur, oblivio autem earum vitam æte „rnam. Tu autem Herma, magnas tribulatio „nes ſæculares ſuſtinuiſti, propter prævarica „tiones domus tuæ, quoniam illas ut ad t „nihil pertinentes neglexiſti. . . Sed illud t „ſalvum faciet, quod non diſceſſeris a Deo v „vo, & ſimplicitas tua, & ſingularis contine „tia, ſalvum facient te, ſi permanſeris. E „omnes ſalvos facient, . . . qui ingrediuntur i „innocentia & ſimplicitate. . . . Prope eſt D „minus convertentibus, ſicut ſcriptum eſt i „Heldam & Modat (1) qui vaticinati ſunt i „ſolitudine populo.

De libro Eldad & Medad.

(1) Heldam & Modat in Hebræo & vulgata voca tur Eldad & Medad *Num.* 11. *v.* 26. fuerunt autem duo viri vel ex 70. ſenibus pro gubernatione p puli Iſraelitici electi, uti putat S. Cyrillus Jero *catat.* 16. vel extra eorum numerum, qui cum e humilitate ad oſtium tabernaculi non acceſſiſſen tamen a Spiritu S. dono prophetiæ, & quidem pe manenti, uti vult S. Baſilius *l. de Spir. S. c.* 2 ornati ſunt. Ex qua hiſtoria antiquus aliquis a ſam accepit, fabricandi librum ſub nomine Eld & Medad, cujus apocryphi præter Hermam eti S. Athanaſius in fin. Synopſ. meminit.

Ecclesiæ antiquitas.

8. Denique Hermæ dormienti a ſpecio juvene revelatum eſt, quod anus illi appare

ecclefia Dei, quæ ideo anus eft; „ quoniam
nium prima creata eft, & propter illam mun-
s factus eft.„ Et hæc ipfa anus venit ad
mam in domo fua, & interrogavit eum,
iam libellum dediffet fenioribus: & refpon-
: ad huc non. At illa dixit; bene fecifti:
beo enim quædam verba edicere tibi, cum
tem confummavero omnia verba, aperte
entur ab electis. Scribes ergo duos libel-
s, & mittes unum Clementi, & unum
aptæ (*fæminæ Romanæ.*) Mittet autem
emens in exteras civitates: illi enim per-
iffum eft. Grapta autem commonebit vi-
as, & orphanos. Tu autem leges in ci-
tate cum fenioribus, qui præfunt Ecclefiæ.„

VISIO III.

triumphantis Ecclefiæ ftructura, & variis hominum reproborum ordinibus.

Cum Hermas denuo frequenter jejunaffet, *Sedes ju-* & oraffet, apparuit illi rurfus memora- *ftorum.* inus cum fex juvenibus in agro, in quo : fubfellium pofitum, cum cervicali lineo, er quod expanfum erat linteum carbafinum, nque anus dictos fex juvenes ad ædifican- n ablegaffet, Hermæ juffit, ut prope fub- ium confederet; qui cum ad dexteram per- et, præcepit illi anus, ut ad finiftram fe- et, & dixit: „Locus, qui eft ad dexte- m, illorum eft, qui jam meruerunt Deum, paffi funt caufa nominis ejus: tibi autem pereft multum, ut cum illis fedeas. Sicut anes in fimplicitate tua, permane, & fe-

 „debis

„debis cum illis, & quicunque fuerint operai
„illorum opera, & sustinuerint, quæ illi susti
„nuerunt.

desia ampl. ris. 10. Posthæc eadem anus elevata virga splen
dida monstravit Hermæ „turrim magnam
„quæ ædificabatur super aquas lapidibus qua
„dratis splendidis, in quadrato enim ædifica
„batur turris ab illis sex juvenibus, qui vene
„rant cum illa: alia autem multa millia viro
„rum adportabant lapides. Quidam autem de
„profundo trahebant lapides, alii de terra
„transferebant, & porrigebant illis sex juveni
„bus. Porro illi accipiebant, & ædificabant
„Eos autem, qui de profundo extrahebantur
„lapides, omnes sic ponebantur in structuram
„politi enim erant, & convenientes commissu
„ræ cum aliis lapidibus, sicque conjungeban
„tur alius ad alium, ita ut commissuræ eo
„rum non paterent. Et in hunc modum ap
„parebat structura turris tanquam ex uno la
„pide ædificata. Cœteros autem lapides qui
„adferebantur de terra, quosdam quidem re-
„jiciebant, quosdam vero adaptabant in structu-
„ram; alios excidebant, & projiciebant longe
„a turri. Alii autem lapides multi circa turrim
„positi erant, & non utebantur illis ad structu-
„ram. Erant enim quidam ex illis scabrosi;
„alii autem scissuras habebant; alii vero can-
„didi & rotundi non convenientes in structu-
„ram turris. Videbam autem alios lapides
„projici longe a turri, & incidentes in viam,
„& non manentes in via, sed volvi de via in
„locum desertum. Alios autem in ignem inci-
„dentes, & ardentes: alios cadentes secus
„aquam,

„aquam, nec poſſe volvi in aquam, volenti-
„bus quidem eis intrare in aquam.

11. Explicatio hujus viſionis, quam Her- *n.* 4.
mas ab ipſa hac Domina didicit, hæc eſt: *Explica-*
„Turris eſt Eccleſia, quæ ſuper aquas ædifica- *tio viſio-*
„tur; quoniam vita veſtra per aquam (*Baptiſ-* *nis.*
„mi) ſalva facta eſt, & fiet; fundata eſt enim
„verbo omnipotentis & honorifici nominis:
„continetur enim ab inviſibili virtute Dei. Illi
„autem juvenes ſex, qui ædificant, ſunt An-
„geli Dei, qui primo conſtituti ſunt, quibus
„tradidit Dominus univerſam creaturam ſuam
„ſtruendi, ædificandi, & dominandi creatu- *Subordi-*
„ræ illius; per hos enim conſummabitur ſtru- *natio inter*
„ctura turris: cæteri autem, qui adportant *Angelos.*
„lapides, & ipſi ſancti Angeli Domini ſunt,
„ſed illi ſunt his excellentiores. Cum ergo
„conſummata fuerit ſtructura turris, omnes
„ſimul epulabuntur juxta turrim, & honorifi-
„cabunt Dominum, quoniam conſummata erit
„ſtructura turris... Lapides illi quadrati, & *n.* 5.
„albi convenientes in commiſſuris ſuis, ii ſunt *Ordines*
„Apoſtoli, & Epiſcopi, & Doctores, & mini- *varii Ec-*
„ſtri, qui ingreſſi ſunt in clementia Dei, & *cleſiæ.*
„Epiſcopatum geſſerunt, & docuerunt, & mi-
„niſtraverunt ſancte & modeſte electis Dei,
„qui dormierunt, quique adhuc ſunt, & ſem-
„per cum illis convenerunt, & in ſe pacem ha-
„buerunt, & ſe invicem audierunt; propter
„hoc & in ſtructuram turris conveniunt com-
„miſſuræ eorum. Qui vero de profundo tra-
„huntur, & imponuntur in ſtructuram, & con-
„veniunt commiſſuræ eorum... ii ſunt, qui jam
„dor-

„dormierunt, & passi sunt causa nominis
„mini. Lapides qui adportabantur a terr
„qui in terram vadunt, & non sunt politi
„los Deus probavit, quoniam ingressi sui
„æquitatem Domini, & direxerunt via
„mandatis ejus. Qui autem adferuntur
„ponuntur in structura turris, ii sunt nove
„fide & fideles. Commonentur autem ab
„gelis ad benefaciendum, propterea quod
„est inventa nequitia in illis. Quos auten
„jiciebant, & ponebant juxta turrim, ii sunt
„peccaverunt, & voluerunt pœnitentiam
„re, propter quos non sunt longe proje
„turri, quoniam utiles erunt in structura
„pœnitentiam egerint... nam si consumi
„fuerit structura, jam quis non habet loc
b. 6. „ubi ponatur, sed erit reprobus... Qui au
„recidebantur, & longe projiciebantur a
„sunt filii iniquitatis, & qui crediderun
„simulatione, & omnis nequitia non dis
„ab eis, propter hoc non habent salutem:
„niam non sunt utiles in structura propter
„quitias suas... Cæteros autem lapides,
„vidisti non euntes in structuram, scabrosi
„qui cognoverunt veritatem, & nec perm
„runt in ea, nec conjuncti sunt sanctis,
„pter hoc inutiles sunt: qui autem sciss
„habebant, qui alius adversus alium in c
„bus discordiam habent, & non habent
„cem inter se; in præsentia quidem pacem
„bentes, cum autem unus ab alio disceff
„nequitia eorum in cordibus permanet.
„vero curti sunt, ii sunt, qui crediderunt
„dem, sed plurimam partem habent iniq

. Candidi autem, & rotundi sunt haben-
juidem fidem, habentes autem & divi-
hujus sæculi. Cum ergo venerit tribu-
, propter divitias suas, & negotiationes
gant Dominum: cum autem circumcisæ
nt divitiæ eorum, quæ eos delectant,
utiles erunt Domino ad ædificium. . . .
les longe projecti a turri; & currentes
i, & de via in loca deserta, ii sunt, qui
lerunt quidem, dubitatione autem sua
erunt viam suam veram, putantes se me-
a viam posse invenire: errant autem,
eri sunt, ingredientes in desertas vias.
utem cadebant in ignem, & ardebant,
, qui in perpetuum abscesserunt a Deo
nec amplius illis ascendit in corda, pœ-
iam agere. Cæteri vero, qui cadebant
aquas, & non poterant volvi in aquas,
qui verbum audierunt volentes bapti-
i nomine Domini, quibus cum venit in
riam sanctitas veritatis, retrahunt
ibulantque rursus post desideria sua
a.

Præterea anus dicta Hermæ ostendit *Virtutes.*
mulieres turrim supportantes, & dixit:
, quæ continet manu, fides vocatur, per
alvi fient electi Dei. Altera vero, quæ
cta est, & viriliter agit, abstinentia voca-
hæc filia est fidei. Cæteræ quinque
implicitas, innocentia, modestia, di-
i, charitas... Ex fide nascitur abstinen-
abstinentia simplicitas, de simplicitate
ntia, de innocentia modestia, de mo-
lisciplina, & charitas.

VISIO

VISIO IV.

De tentatione, & tribulatione homin superventura.

Tribulatio ventura quomodo superanda.

13. „Post dies viginti prioris visionis He
„vidit bestiam magnam veluti ce
„& ex ore ejus locustæ procedebant.
„autem statura bestiæ illius pedes fere cen
„caput autem habebat tanquam vas ur
„Ad quam cum Hermas prope venisset, illa
tendit se in terram, & nihil nisi linguam
„ferebat, & in totum non movit se, d
„pertransisset illam totam. Habebat a
„bestia illa super caput colores quat
„nigrum, deinde rubeum, & sanguinolent
n. 2. „inde aureum, deinde album.„ Cum i
Hermas hanc bestiam sine damno pertr
set, apparuit illi virgo splendida, quæ est
clesiæ dicens. „Bestia hæc figura est pref
„superventuræ: Si ergo præparaveritis
„poteritis effugere illam: si cor vestrum f
„purum ac sine macula, & reliquos die
„stros servieritis Deo sine querela. Imm
„sollicitudines vestras super Dominum, &
„diriget eas. Credite Deo, qui estis d
„quoniam omnia potest, & avertere iram
n. 3. „a vobis, & mittere vobis præsidia.„ Q
tum vero ad colores bestiæ in capite,
virgo dixit. „Illud nigrum mundus es
„quo commoramini. Igneum autem, &
„guinolentum, quoniam oportet sæculum
„per sanguinem, & ignem deperire; aure
„tem pars vos estis, qui effugistis sæc
„hoc: sicut enim per ignem aurum prob

t utile fit, sic & vos probabimini, qui habi-
atis in illis. . . Alba autem pars superven-
uri est saeculi; in quo habitabunt electi Dei,
uoniam immaculati, & puri erunt electi Dei
n vitam aeternam.

LIBER SECUNDUS.

Qui inscribitur mandata.

§. IV.

Argumentum Libri II.

1- „Cum Hermas domi orasset, & consediss-
„set super lectum suum, intravit vir
uidam reverenda facie, habitu pastorali,
allio albo amictus peram in humeris, & vir-
gam in manu gestans; „ & sciscitanti Hermae
xit: Ego sum Pastor ille, cui traditus es.
Scilicet Angelus: primum mandata mea, &
pecies similitudinum scribe. „ Ex quo opus
ermae Pastor appellatus est, in cujus libro
cundo duodecim mandata, de fide, obtrecta-
one fugienda, eleemosyna facienda, simpli-
tate sectanda, mendacio vitando, adultera
mittenda, patientia exercenda, inspirationi-
s sequendis, timore Dei, malo fugiendo,
t bono faciendo, oratione, tristitia, prophetia,
t praeceptis observandis tractantur.

§. V.

ANALYSIS LIBRI II.

Mandatum I.

De fide in unum Deum.

15. „Primum omnium crede, quod unus est *De fide.*
„Deus, qui omnia creavit, & con-
„sum-

„summavit, & ex nihilo omnia fecit. Ipse
„pax universorum solus immensus est &c.

Mandatum II.

De fugienda obtrectatione, & eleemosy facienda in simplicitate.

...tractio ...tanda.

16. „De nullo male loquaris, neque libent „audias male loquentem: Sin ve „& tu audieris, particeps eris peccati male l „quentis; & credens tu quoque peccatum h „bebis, quia credidisti male loquenti de frat „tuo. Perniciosa est detractio; inconstans d „monium est: nunquam in pace consistit, „semper in discordia manet.

...leemosy- ...danda.

17. „Benefac de laboribus tuis. Omnib „inopibus da simpliciter, nihil dubitans, „des. Omnibus da: omnibus enim Deus d „vult suis donis. Qui ergo accipiunt, redd „rationem Deo, quare acceperunt, & ad qu „Qui autem accipiunt ficta necessitate, redd „rationem, qui autem dat, innocens erit. S „cut enim accepit a Domino, ministerium co „summavit, nihil dubitando, cui daret, „cui non daret, & fecit hoc ministerium si „pliciter gloriose ad Deum.

Mandatum III.

De fugiendo mendacio.

...enda- ...m fu- ...ndum.

18. „Veritatem dilige, & omnis sermo ver „ex ore tuo procedat, ut spiritu „quem Dominus constituit in carne tua, ver „inveniatur apud cunctos homines, & Do

„n

magnificetur, qui dedit Spiritum in te: a Deus verax eſt in omni verbo, & men-ium non eſt in ipſo. Qui ergo mentiun-t, abnegant Dominum, non reddentes Deo ſitum, quod acceperunt. Acceperunt in Spiritum ſine mendacio: hunc ſi men-cem reddunt, coinquinant mandatum Do-ni, & fraudatores fiunt.

MANDATUM IV.

De dimittenda adultera.

„Mando tibi, ut caſtitatem cuſtodias, & „non aſcendat tibi cogitatio cordis alieno matrimonio, aut de fornicatione: enim parit peccatum magnum. Tu au-ſemper memor eſto Domini omnibus ho-s, & nunquam peccabis. . . Siquis ha-erit uxorem fidelem in Domino, & hanc erit in adulterio, quamdiu neſcit pecca-ejus, ſine crimine eſt vir vivens cum illa, tem ſcierit vir, uxorem ſuam deliquiſſe, non egerit pœnitentiam mulier, & perma-in fornicatione ſua, & convivit cum illa, reus erit peccati ejus, & particeps mæ-tionis ejus: & ſi permanſerit in vitio ſuo lier, dimittat illam vir, & vir per ſe ma-t. Quodſi dimiſerit mulierem ſuam, & m duxerit, & ipſe mæchatur (1). Quodſi lier dimiſſa pœnitentiam egerit, & voluerit virum ſuum reverti, ſi non receperit eam ſuus, magnum peccatum ſibi admittit, debet recipere peccatricem, quæ pœni-tiam egit, ſed non ſæpe (2). Servis

Adultera an, & quomodo dimittenda.

...vis Dei pœnitentia una est. Prop... pœnitentiam ergo non debet dimissa con... ...ur aliam ducere. Hic actus similis ... ...re, & in muliere. Non solum mæc... ...alis, qui carnem suam coinquinant, ...qui simulacrum facit, mæchatur. Q... ...bus factis perseverat, & pœnitenti... ...agit, recede ab illa: alioquin & ... ...particeps eris peccati ejus.

(1) Regulas has semper observavit Ecclesia... rium semper ut legitima divortii causa h... nunquam matrimonium dissolvit. Uti ... expresse docet.

(2) Servis Dei una esse pœnitentia dicitu... publica, uti patet ex causa, ob quam Pa... phrasin adhibet, loquitur enim ibi de cr... ulterii, quo quis sæpe inquinatur: at Ec... niebat olim hoc crimen pœnitentia publi... revera una tantum vice concedebatur.

20. „Post vocationem illam sancta... „magnam, siquis tentatus fuerit a dia... „peccaverit, unam pœnitentiam habe... „tem subinde peccet, & pœnitentiam ... „non proderit homini talia agenti: ... „enim vivet Deo.

Frequenter relapsorum pœnitentia difficilis.

(1) Pastor id solum hic tradit, frequentes... esse haud dubia indicia falsæ conversion... torum, quorum tota vita peccatis sibi su... bus contexitur: non enim absolute dici... nem non posse quolibet vitæ suæ tempo... pœnitentiam agere, sed solum maximam... tatem indicat: *difficile vivet Deo*, quod... certum est.

Secundæ nuptiæ licitæ.

21. „Si vir, vel mulier alicujus de... „qui nubit, non peccat; sed si per se ...

agnum ſibi conquirit honorem apud Domi-
um. Serva ergo caſtitatem, & pudicitiam,
t vives Deo.

MANDATUM V.

De triſtitia cordis, & patientia.

1. „Æquanimis eſto & patiens, & omnium „operum nequiſſimorum dominabe-
ris, & operaberis omnem juſtitiam. Quodſi
patiens fueris, Spiritus S. qui habitat in te,
mundus erit, & non obſcurabitur ab aliquo
nequiſſimo ſpiritu, ſed gaudens dilatabitur,
& epulabitur in vaſe, in quo inhabitat, &
apparebit Dominus hilaris in pace magna.
„Quodſi iracundia aliqua ſupervenerit, conti-
„nuo Spiritus S., qui in te eſt, anguſtiabitur,
„& quæret diſcedere . . . nam totum mel a
„modico abſinthio diſperit, & perdit dulcedi-
„nem mellis. . . Si ergo mixta fuerit iracun-
„dia æquanimitate, contribulatur animus, &
„non eſt utilis Deo oratio illius. Recede ergo
„tu ab iracundia, & indue animæquitatem, &
„reſiſte iracundiæ, & invenieris cum pudici-
„tia, & caſtitate a Deo. *Patientiæ fructus.*

MANDATUM VI.

De agnoſcendis uniuſcujusque hominis duobus geniis, & utriusque inſpirationibus.

3. „Duo ſunt genii cum homine; unus æqui-
„tatis, & unus iniquitatis. Æquitatis
genius tener eſt, lenis, & verecundus, manſue-
us, & quietus. Cum ergo in cor tuum aſcende- *Duorum geniorum cum homine inſpirationes.*

 „rit,

„rit, continuo loquitur tecum de juſtitia, de pu
„citia, de caſtitate, de benignitate, de
„nia, de charitate, de pietate. Hæc om
„cum aſcenderint in cor tuum, ſcito, qu
„genius æquitatis tecum eſt. Huic ergo ge
„crede, & operibus ejus. Accipe nunc &
„nii iniquitatis opera. Primum amarus, i
„cundus, & ſtolidus eſt, & opera illius p
„nitioſa ſunt, & evertunt ſervos Dei. C
„ergo aſcenderint in cor tuum hæc, intelli
„ab operibus ejus, hunc eſſe genium iniqu
„tis. Cum iracundia tibi acceſſerit, aut ai
„ritudo, intellige eum eſſe in te: deinde cu
„ditas multarum opum, & optimorum ci
„rum, & ebrietatum, & appetentia mu
„rum rerum alienarum, & ſuperbia, & mu
„loquia, & ambitio, & quæcunque illis ſi
„lia ſunt. Hæc ergo cum in cor tuum aſc
„derint, intellige genium iniquitatis tecum e
„Tu ergo cum cognoveris opera illius, rec
„ab illis omnibus, & nihil illi crede.

24. *Nota.* D. Ceillier hic bene obſervat, quod
ctor Hiſtor. Auctor. Eccl. ſine cauſa damnet H
mam, acſi periculoſum errorem introduxiſſet, d
cuilibet homini bonum, & malum Angelum aſ
navit: nam eandem ſententiam poſt cum plu
Patres, Origenes *hom.* 23. *ſuper Joſue.* S. B
lius *in* 3. *Iſa.* S. Chryſoſtomus *hom.* 3. *in Ep.*
loſſ. *&c.* amplexi ſunt, unde ſaltem ut probab
admitti poteſt juxta Eſtium *in* 2. *ſent. d.* qui e
etiam defendit.



MA

MANDATUM VII.

De Deo timendo, & dæmone non metuendo.

„Time Dominum, & mandata ejus cu„ſtodi. Servans enim præcepta Dei potens in omni actu, & omne negotium m erit incomparabile. Timens enim Doum omnia bona operaberis. Hic eſt timor, timere oportet, ut ſalvus eſſe poſſis. Diaim autem ne timeas: timens enim Domi› dominaberis illius, quia virtus in illo a eſt. In quo autem virtus non eſt, is ne ›ndus quidem eſt; in quo vero virtus gloı eſt, is etiam timendus eſt. . . Time ie facta diaboli, quoniam maligna ſunt; :uens enim Dominum, timebis, & opera ›oli non facies, ſed abſtinebis te ab eis.., ıe igitur Deum, & vives. *De timore Dei.*

MANDATUM VIII.

inandum eſſe a malis, & facienda bona.

„Creaturæ Domini duplices ſunt, & ab„ſtinentia duplex eſt. A quibusdam o abſtinere oportet, a quibusdam vero ı. . . Abſtine igitur ab omni malo, ab ad›riis, ebrietatibus, & commeſſationibus lignis, ab eſca nimia, a lautitia, & inhotate, a ſuperbia, ab abnegatione, a men:io, a detractione, a nequitia ficta, a redatione injuriæ, a fama peſſima. A fur› a falſo teſtimonio, a cupiditate, a ſuper-., & quæcunque illis ſimilia ſunt. . . A *Mala vitanda.*

 „qui-

„quibus autem non debeas abſtinere, ai
„Ab omnibus bonis operibus noli abſtine
„ſed fac illa. Primum omnium eſt fides, ti
„Domini, charitas, concordia, æquitas,
„ritas, patientia, caſtitas. . . Viduis adm
„ſtrare, orphanos, & pauperes non deſpic
„& ſervos Dei ex neceſſitate redimere, ho
„talem eſſe, non contradicere, quietum e
„humillimum fieri omnium hominum, maj
„natu colere, ſtudere juſtitiæ, fraternita
„conſervare, contumelias ſufferre, æqu
„mem eſſe, lapſos a fide non rejicere,
„æquanimes facere, peccantes admonere,
„bitores non premere, & ſiquæ iis ſimilia.

MANDATUM IX.

Poſtulandum a Deo aſſidue, & ſin hæſitatione.

ratio erſeve- ans ex- uditur.

27. „Petens aliquid a Domino, ne dicas
„tra te: Quomodo vero poſſum aliq
„petere a Domino, & obtinere, cum ſim
„cator tantorum malorum in Dominum?
„hoc cogitare, ſed ex totis præcordiis con
„tere ad Dominum. Pete ſine dubitatione,
„ſcies miſericordiam Domini, quod non te
„relinquet, ſed petitionem animæ tuæ ad
„plebit. Non eſt enim Deus ſicut homi
„memores injuriarum, ſed eſt immemor in
„riarum, & miſeretur figmenti ſui. Ergo
„rifica cor tuum ab omnibus vitiis hujus S
„culi, & obſerva prædicta verba tibi a D
„data, & accipies omnia bona, quæ petis
„Si ſine dubitatione petieris a Domino.

„e

„ergo tales non sunt, omnino nihil impetrant „eorum, quae petunt. . . Sed si petas aliquan„do petitionem, & non accipies, noli dubita„re, quia non cito acceperis petitionem ani„mae tuae: forsitan enim propter tentationem, „aut pro peccato tuo, quod tu ignoras, tar„dius accipies petitionem tuam. Sed tu noli „desinere petendo petitionem animae tuae, & „accipies. Si autem cessaveris petendo, de „te queraris, non de Deo, quod non dede„rit tibi.

MANDATUM X.

De animi tristitia, & non contristando Spiritum Dei, qui in nobis est.

28. „Longe fac a te omnem tristitiam: etenim „haec soror est dubitationis, & ira- *Tristitia fugienda.*
„cundiae. . . Tristitia omnium Spirituum ne„quissimus est, & pessima servis Dei, & om„nium Spiritus exterminat, & cruciat Spiri„tum Sanctum, & iterum salvum facit. . . .
„Cum enim dubius inciderit in negotium ali- *. 3.
„quod, & non provenit illi propter dubitatio„nem, tristitia haec intrat in hominem, & tri„stem facit Spiritum Sanctum, & vexat eum. „Deinde iterum iracundia cum accesserit homi„ni pro negotio aliquo, vehementer irascitur, „& haec ira intrat in praecordia irascentis, & „vexatur in negotio suo, quod agit, & postea „poenitet, quod male fecerit. Utraeque ergo „res laedunt Spiritum Sanctum; dubitatio, & „tristitia: dubitatio, quia non successit actus „ejus; & tristitia, quia fecit iracundiam Spi-

„petit. Semper enim orat
„habet virtutem, ut aſce
„Sicut enim vinum aceto
„vitatem non habet, ſic
„mixta eandem orationen

MANDATU

Spiritus, & Prophet
bus, & de dupl

Diſcretio inter verum, & falſum Prophetam.

29. „Spiritus terreſtris ap
„*fidelibus*) & vac
„abditis locis divinat illis,
„quendo ſecundum omnia
„rum. . . Cum autem ve
„rum juſtorum habentium
„& oratio illorum fit ad Do
„homo ille, quoniam ſpi
„ab illo, & obmuteſcit, n
„loqui. . . Habes utroru
„vitam. Proba ergo de vit
„minem, qui dicit ſe Spirit

ro discernendis veris a falsis Prophetis
'astor mandato 12mo n. 1. & 2. dicens;
m ita proba hominem, qui habet Spiri-
)ei, quia Spiritus, qui desursum est,
s est & humilis, & recedit ab omni
ia, & desiderio vano hujus sæculi, &
homine se facit humiliorem, & nemini
ndet interrogatus, nec singulis respon-
neque cum vult, homini loquitur Spi-
)ei, sed tunc loquitur, cum vult Deus,
rgo venerit homo, qui habet Spiritum
n Ecclesiam justorum habentium fidem
k oratio fit ad Deum, tunc Nuntius
s Divinitatis implet hominem illum Spi-
ncto, & loquitur in turba, sicut Deus
. Audi nunc de spiritu terrestri, va-
z fatuo virtutem non habente. Primum
omo, qui putatur spiritum habere, ex-
, & vult primam cathedram habere,
robus est, & verbosus, & in delitiis
satur, & in voluptatibus multis,
rcedem accipit divinationis suæ;
non acceperit, non divinat. „ Hisce
teribus veri a falsis Prophetis discer-
funt.

Mandatum XII.

)lici cupiditate: Dei mandata non
npossibilia; & diabolum non metuen-
dum credentibus.

"olle a te omnem cupiditatem malam, *Cupiditas*
„& indue cupiditatem bonam, & *mala quo-*
n: indutus enim cupiditatem bonam, *modo vin-*
cenda.

C 5 „ode-

„oderis malam, & refrænabis eam, ſicut
„lueris. . . Cupiditas mala eſt, concupiſ
n. 2. „uxorem alienam, . . . & lautitias co
„ſcere divitiarum, & multitudinem cib
„ſupervacuorum, & ebrietatem multam,
„delitias multas. . . Habe timorem Dei,
„fidem in Deo, & veritatem ama, & ju
„dilige, & fac bonum: hæc operando
„ tus eris ſervus Domini, & ſervies Deo
„omnes, quicunque ſervierint cupiditati b
„vivent Deo.

Poſſibilitas obſervandi mandata. 31. Porro mandata hæc ab hominib
hac vita obſervari poſſe Paſtor tuetur, dum
n. 3. „Hæc mandata facile cuſtodies, &
„erunt dura. Sed ſi tamen in cor tuum po
„ris, non poſſe ab hominibus cuſtodiri, no
n. 4. „ſtodies ea. „ Et Paulo poſt Paſtor Herm
exprobrat inconſtantiam, ejusque ignorantia
eoquod non conſideret. „Majeſtatem Dei, q
„orbem creavit propter hominem, & omn
„creaturam ſubjecit homini, & omnem pot
„ſtatem dedit illi, ut dominetur horum ma
„datorum. Dominari, inquit, poteſt omnis
„horum mandatorum, qui habet Dominum
„corde ſuo: qui autem habent Dominum in
„biis ſuis, & cor illorum obtuſum eſt, & lo
„ge ſunt a Domino, illis mandata hæc du
„ſunt & difficilia. Ponite ergo vobis. . . D
„minum Deum veſtrum in corde habere, & i
„telligetis, quod nihil facilius eſt, his mand
„tis, neque dulcius, neque manſuetius, n
„que ſanctius.

n. 5. *Dæmonis imbecillitas.* Cum vero Hermas Paſtori objiceret: „H
„mo cupit quidem mandata Dei cuſtodire,
„n

mo eſt, qui non petat a Domino, ut poſſit
ndata ejus ſervare, ſed diabolus durus eſt,
t potentia ſua dominatur in Dei ſervos. Sed
tor dixit: Non poteſt dominari in Dei ſer-
s, qui ex totis præcordiis in Dominum cre-
t. Poteſt autem diabolus luctari, ſed vin-
re non poteſt: ſi enim reſiſtitis illi, fugiet
bis confuſus... Ne timeatis diabolum... n. 6.
nas autem illius in totum timere nolite,
e virtute enim ſunt, ſicut hominis mortui
vi. Audite ergo me, & timete Dominum
nipotentem, qui poteſt vos ſalvos facere,
erdere: & cuſtodite mandata ejus, ut vi-
is Deo... Sed & omnes cuſtodient, qui
ificaverint corda ſua a vanis cupiditatibus
us ſæculi, & vivent Deo.

LIBER TERTIUS.

INSCRIBITUR, SIMILITUDINES.

§. VI.

Argumentum Libri III.

In libro tertio pergit Paſtor per decem ſimilitudines dare præcepta moralia de
da inordinata cura rerum temporalium,
avandis pauperibus, de diſcrimine juſto-
, & impiorum, de jejunio, & caſtitate,
œna voluptuoſorum, de agenda pœniten-
onorum operum mercede, Eccleſia trium-
te, & militante.



§. VII.

§. VII.
ANALYSIS LIBRI TERT

Similitudo I.

Nos, quia in hoc mundo permanent tatem non habemus, debere inquirere fu

Temporalium cura moderanda.

33. In prima similitudine Pastor fide rum temporalium inordinatam dinem prohibet dicens : „Scitis vos „servos in peregrinatione morari ? Civi „vestra longe est ab hac civitate. Si „tis civitatem vestram, quid hic emiti „& apparatis lautitias, & ædificia, „tationes supervacuas ? Hæc enim, („parat in hac civitate, non cogitat in „vitatem redire. . . Vide ergo, ut si „egre consistens nihil amplius compa „quam sit necessarium, & sufficiens „Pro agris ergo, quos emere volueriti „mite animas de necessitatibus, prout „potest, & viduas absolvite, orphanis „te, & opes, ac divitias vestras in h „di operibus consumite : in hoc enim „minus locupletavit, ut hujusmodi n „expleatis.

Similitudo II.

Ut vitis ulmo fulcitur, sic dives pauperis juvatur.

Eleemosynæ fructus.

34. „Vitis fructifera est, ulmus au „num sine fructu est. Sed v „nisi applicita fuerit ulmo, & super

rerit, non poteſt multum fructum face-
jacens enim in terra malos fructus dat...
Dives habet opes, a Domino vero pau-
ſt: diſtrahitur enim circa divitias ſuas,
ille exiguam habet orationem ad Domi-
n & quam habet, inertem habet, & non ha-
bm virtutem. Cum igitur dives præſtat
ri, quæ illi opus ſunt, pauper orat ad
um pro divite, & Deus præſtat diviti
bona: quia pauper dives eſt in oratio-
k virtutem magnam habet apud Domi-
ratio ejus. . . Sic & pauperes pro lo-
ibus orantes ad Dominum exaudiuntur,
gentur opes eorum; quoniam præſtant
ribus ex opibus ſuis. Sunt ergo ambo
tes bonorum operum ſuorum.

SIMILITUDO III.

me virides arbores, ſic in hoc ſæculo
ſi ab injuſtis internoſci non poſſunt.

Sicut in hieme omnes arbores abjectis „foliis aridis ſimiles ſunt, nec poteſt ſci, quæ ſunt aridæ, aut quæ virides, in hoc ſæculo nec juſti, nec injuſti cognitur, ſed ſimiles ſunt omnes. *De diſcrimine juſtorum, & impiorum.*

SIMILITUDO IV.

ate vividæ arbores ab aridis fructu,
virentibus foliis internoſcuntur: ſic in
futuro ſæculo juſti ab injuſtis
beatitudine differunt.

Sicut in æſtate fructus arboris cujuscun- „que declaratur, & patet: ſic & ju- „ſto- *De eodem.*

Similitudo VI.

De duplici genere hominum volu rum, & eorum morte, defectione, pœnarum duratione.

Pœna vo-luptuosorum. 39. Pastor ostendit Hermæ in campo rem mollitur vestitum, nuntiu ptatis, hic pascebat pecora multa, alia valde læta, & exultantia. „ li su
n. 1. 2. „in perpetuum a Deo discesserunt, & t „runt se desideriis hujus sæculi; iis er „est per pœnitentiam regressus ad vitan „niam quidem adjecerunt ad reliqua deli „& nomen Domini nefandis insectati su „bis, hujusmodi homines destinati sunt n Alia pecora non exultabant, sed uno l scebantur. „Et ii sunt, qui tradiderunt „dem delitiis, ac voluptatibus, nihil v „fandum in Dominum locuti sunt. Hi „non defecerunt a veritate, ideoque re „adhuc habent spem vitæ in pœnite Hos Pastor alius austerus virga nodos flagello in locum spinosum compellebat, se eripere non poterant, & graves cr
n. 3. experiebantur: scilicet hi voluptuosi a vita sua pro meritis puniuntur variis „Cum igitur perpessi fuerint omnem v „nem, & omne incommodum. . . Et cu „perint delictorum agere pœnitentiam „ascendunt in præcordia eorum opera „quibus se nequiter exercuerunt, & tu „Deo honorem, dicentes, justum judice „esse, meritoque se omnia esse perpessos „dum facta sua: in reliquum vero servit

pura. „ Ut vero Pastor ostendat, pœ- a. 4.
ccati multum excedere dulcedinem in
to perceptam, dicit : „ Dulcedinis una
io spatio terminatur, pœnæ vero una
iginta dierum possidet. Quicunque igi-
o die perceperit fallacem dulcedinem,
iptatem, unoque die cruciatus sit, an-
ium dies cruciatus ejus valebit. . . ,
igitur exiguum esse tempus mundanæ
inis, ac voluptatis, pœnæ vero, tor-
umque amplius. . . Cum enim una a. 5.
cesserit homini cruciatus, pœna toto
orquetur, magnam enim memoriam
t pœna. Toto igitur anno dolens me-
& recordatur voluptatis variæ, & sen-
terea se pœnas pati.

SIMILITUDO VII.

entibus faciendos esse pœnitentiæ dignos fructus.

portet eum, qui agit pœnitentiam, *Pœnitentia vera qualis.*
„affligere animam suam, & humi-
mum præstare in omni negotio, & ve-
s multas, variasque perferre, cum-
pessus fuerit omnia, quæ illi instituta
, tunc forsitan, qui eum creavit. . . .
ovebitur erga eum clementia sua, &
remedium dabit. . . Pare Domino
pura, domusque tua, ac nati, & in
is ejus ambula, quæ præcepit tibi,
itentia tua poterit esse firma, atque
Et si hæc custodieris cum domo tua,
oda a te recedent.

SIMILITUDO VIII.

Electorum, & pœnitentium peccato
multa sunt genera: omnes autem pro pœni
tentiæ, & bonorum operum suorum
modo habebunt mercedem.

Varia genera peccatorum. 41. Pastor sub similitudine virgarum a
rum, semiaridarum, virentium,
ctus proferentium, scissarum, ex salice
ctarum ostendit varia genera electorum, &
Apostata. nitentium peccatorum. Illi, qui virgas ar
& putridas habent, sunt transfugæ a fide
mortui Deo: qui aridas, & non putridas
bent, non sinunt suis pravis doctrinis pec
res venire ad pœnitentiam, quam si ipsi a
Maledici. salvari possunt. Qui semiaridas virgas hab
dubii sunt, nec vivi, nec mortui. Qui se
ridas, & scissas habent, dubii sunt, & m
dici, absentibus detrahentes, nunquam i
se pacem habentes, & inter se invidentes,
per pœnitentiam salvari possunt. Qui virgas
des, sed cum scissuris habuerunt, sunt fid
Invidi. boni „ sed habentes inter se quandam i
„diam, & contentionem de principatu, &
„nitate. Verum omnes hujusmodi insipie
„sunt & fatui; „ & acta pœnitentia sal
poterunt. Qui in virgis suis dimidium ari
Negotiis mundanis immersi. habent, & dimidium viride: „ sunt negoti
„nibus involuti, ideoque dimidium eorum
„vit, dimidium vero mortuum est; „ quo
multi egerunt pœnitentiam, quidam vero
stiterunt, quibus ob abnegationem Domini
est locus pœnitentiæ. Quidam dubiam m
tem induerunt, & per pœnitentiam pariter

i poſſunt. Quidam duas partes virgarum idas, & tertiam aridam habent, qui pluri-s modis depravati Dominum negarunt, quo-n aliqui poenituerunt, alii perierunt. Ali-i virgas quoad duas partes aridas, quoad m viridem habent, ſunt fideles divitiis in-fiate addicti, quorum aliqui ſalvi, alii dam-ti ſunt. Quorum virgæ in ſolo cacumine ari-dæ ſint, probi ſunt, ſed parumper delinquen-tes; quorum vero virgæ in ſolo cacumine viri-des ſint, fideles ſunt, ſed variis criminibus taminati, quibus nonniſi poenitentiæ reme-m pro ſalute ſupereſt. *Divitiis addicti.*

Nota. In hac ſimilitudine Paſtor inter alia de nitentia ait: „Quorum viderat Dominus puras ntes futuras, & ſerrituros ei ex totis præcor-iis, iliis tribuit poenitentiam: & quorum aſpe-it dolum, & nequitias, & animadvertit ad ſe illaciter reverſuros, negavit iis ad poenitentiam greſſum, ne rurſus legem ejus nefandis male-icerent verbis. „ Ubi imprudenter Pelagianis-s timetur, nam Deus dedit illis poenitentiam, ipe per gratiæ auxilium, *per Spiritum Divini conceſſum*, uti Paſtor loquitur. *Gratia ad poenitendum neceſſaria.*

SIMILITUDO IX.

ficandæ militantis, & triumphantis Eccleſiæ myſteria maxima.

Paſtor oſtendit Hermæ circa campum duo-decim montes varii coloris; & in me-orum petram illis altiorem, quæ habebat m ſplendidam, circa quam ſtabant duode-irgines, & ſex viri ſupra portam turrim cabant, quibus virgines per portam lapi-

Verbi Divinitas. dex porrigebant. Petra hæc & porta „ Fil „Dei eft omni creatura antiquior, ita ut in c „filio Patri fuo adfuerit, ad condendam cr „turam. „ (*adeoque Deus eft*) „ Nemo aut *Mediatoris neceffitas.* „intrabit in regnum Dei, nifi qui acceperit „men Filii Dei. . . Sicut ergo in illam urb „non poteft intrari, quam per portam ej „ita nec in regnum Dei poteft aliter intra „nifi per nomen Filii ejus, qui eft ei chari „mus. . . Porta vero Filius Dei eft, qui fo „eft acceffus ad Deum. „ Virgines dictæ fignant virtutes, quibus ornati effe debent trantes in dictam portam. Præterea „ an *Baptismi neceffitas.* „quam homo accipiat nomen Filii Dei m „deftinatus eft: at ubi accipit illud figill „liberatur a morte, & traditur vitæ. Illud „tem figillum aqua eft, in quam defcend „homines morti obligati, afcendunt vero v „affignati. „ In quibus verbis Paftor nece tatem, & efficaciam Baptismi luculenter d monftrat, imo ulterius contendit, juftos a *Etiam pro juftis ante incarnationem, & quomodo.* Incarnationem mortuos, non potuiffe in re num Dei intrare, nifi Divino hoc Sacrame fignati effent, nam de antiquis Patriarchi Prophetis, & juftis loquens, ait: „ Nece „eft, ut per aquam habeant afcendere, ut „quiefcant: non poterant enim aliter in re „num Dei intrare, quam ut deponerent m „talitatem prioris vitæ. Illi igitur defuncti fig „lo Filii Dei fignati funt, & intraverunt in re „num Dei. „ Rurfus docet: „ Quoniam „Apoftoli, & Doctores, qui prædicavere „nomen Filii Dei, cum defuncti effent, pr „dicaverunt his, qui ante obierant, & ipfi d

„d

…derunt eis illud ſignum. . . Tantummodo hoc ſigillum defuerat eis. „ Ubi bene obſervat Cotelerius, ſermonem hic eſſe de Baptiſmo metaphorico, & ſpirituali, qui animabus a corporibus ſeparatis convenire poteſt, ſive de gratia Baptiſmi; quam ſententiam etiam S. Clemens Alexand. docuit. Et de prædicatione ab Apoſtolis juſtis mortuis facta, ſubſequentes Patres … cum Paſtore ſentiebant, uti videri poteſt apud citatum Cotelerium.

44. Porro duodecim montes duodecim gentes totius mundi ſunt, qui in una fide, & nomine Filii Dei, malis & credentibus rejectis, continebantur; „ & ita Eccleſia Dei cum purificata fuerit, ejectis ex ea malis, atque fictis, „ſceleſtis, & dubiis, & quicunque nequiter in „ea ſe geſſerunt, ac variis nequitiæ peccato„rum generibus, erit unum corpus ejus, unus „intellectus, unus ſenſus, una fides, eadem„que charitas; & tunc Filius Dei lætabitur „inter illos, & recipiet voluntate pura popu„lum ſuum. *Unitas Eccleſiæ.*

SIMILITUDO X.

45. In hoc capite Paſtor Hermam adhortatur, ut mandata ſibi hucuſque data diligenter obſervet, & aliis etiam obſervanda prædicet, & demum concludit: „ Dico autem, omnem hominem de incommodis eripi oportere. Is enim, qui eget, & in quotidiana vita patitur incommoda, in magno tormento eſt, ac neceſſitate. Quiſquis igitur hujuſmodi animam eripit de neceſſitate, magnum gaudium *Eleemoſyna ſua detur.*

 „ſibi

vertit Guillelmus Burtonus, & cum co
notis Guillelmi Cavei Londini anno 1647
gavit. Denique D. Coteler̄ius eam cum
Græco suæ collectioni Patrum Apostoli
inseruit, quam itidem Tomus I. Concil
exhibet.

§. II.

Argumentum Epistolæ.

Argumentum.

2. Cum in Ecclesia Corinthiorum Schisn
levis momenti obortum esset, S
mens ad illud sedandum hanc primam a
epistolam scripsit, in qua illos ad pace
concordiam revocat, & fidem, quam al
stolis jam edocti fuerant, ipsis denuo ann

§. III.

Analysis Epistolæ Primæ.

Episcopi Presbyteris non sunt æquales.

3. Superscriptio Epistolæ primæ ad Cor
stylum Apostolicum prodit: est e
quens „ Ecclesia Dei, quæ incolit Roma
„clesiæ Dei, quæ incolit Corinthum,
„sanctificatis in voluntate Dei per D. N.
„Christum. Gratia vobis, & pax ab o
„tente Deo per Jesum Christum multipl
„in vobis peculiariter, & continue. I
„superscriptione Blondellus *Apol. pro se*
„*ron.* male eruit, Episcopos hic Pres
„coæquari, cum S. Clemens contra tale
„chiam in tota hac epistola expresse p
„maluit autem sub persona Ecclesiæ R
„has litteras dare, ut Apostolicæ E

mmune votum ostenderet, Corinthiorum
clesiam pacatam videndi.

. Occasionem scribendi hanc ad Corinthios
olam S. Clemens statim ab initio assignat n. 1.
verbis: „Propter calamitates, & casus ad-
sos, qui nobis acciderunt, fratres, tardius
emur convertisse animum ad eas res, quæ
obis, dilecti, quæsitæ sunt: & ad alienam,
egrinamque Dei electis seditionem scele-
n, ac impiam, quam pauci homines præ-
ites ac temerarii in tantum vecordiæ in-
nmarunt, ut venerabile, ac celebre, &
omnibus dignum amari nomen vestrum
gnopere blasphemetur.„ Deinde lauda-
n quondam Corinthiorum vitam prædicat,
ter alia dicit. „Omnes autem humili ani- n. 2. *Divinitas Christi.*
eratis... Dei viatico (*id est doctrina*
cripturæ: vel victu & vestitu) „contenti,
accurate attendentes sermonibus ejus...
siones illius præ oculis vestris erant.„ Ubi
Clemens divina attributa Christo Domino
uit, & hunc Deum passum esse recognoscit,
i Arianos æque ac Nestorianos perstringit:
oque Photius graviter erravit, dum nihil
ac epistola ad probandam Christi Divinita-
reperiri asseruit.

. Postquam vero S. Clemens pios & reli- *Invidiæ, & æmulationis mala*
os mores, quibus antea Corinthii excellue-
, ipsis ob oculos posuisset, vitia eorum,
ius tunc sordescebant, graviter perstringit; n. 3. 4. 5.
nprimis invidiam, & æmulationem: „Sic
, insurrexerunt inhonorati contra honora-
s, inglorii contra gloriosos, insipientes con-

„tra ſapientes, juvenes adverſus ſeniores. I
„procul abſunt juſtitia, & pax, dum unusq
„que timorem Dei deſerit, & in fide illius
„cutit, nec in inſtitutis præceptorum ejus
„bulat, nec in Chriſto decenter converſa
„Sed unusquisque ſecundum pravas cupid
„tes ſuas incedit, invidiam iniquam, &
„piam aſſumendo, per quam & mors intr
„in mundum.„ Deinde poſt allata ex S.S
ptura exempla Caini fratrem ſuum occiden
Jacobi a facie Eſau fratris ſui fugientis *Gen.*
Joſephi a fratribus ſuis in ſervitutem vend
Moyſis ex aula Pharaonis diſcedentis: *Exo*
Mariæ extra caſtra ejectæ: *Num.* 12. Dat
& Abiron a terra abſorptorum: *Num.* 16.
vidis a Saule divexati, quæ omnia ex æm
tione, & invidia proceſſerunt, addit exen
recentiora, & pergit. „Propter æmulatio
„atque invidiam, qui Eccleſiæ erant fidele
„juſtiſſimæ columnæ, etiam usque ad mor
„paſſi ſunt perſecutionem... Petrus ob
„quam æmulationem non unum aut alter
„ſed multos ſuſtinuit labores, atque ita Ma
„effectus diſceſſit ad debitum gloriæ loc
„Propter æmulationem Paulus patientiæ p
„mium obtinuit, cum catenas ſepties porta
„vapulaſſet, lapidatus eſſet, præco factus
„oriente, & occidente eximium fidei ſuæ
„cus accepit, totum mundum docens juſtiti
„& ad occidentis terminum veniens (*ſcili*
Hiſpaniam, juxta Pearſonum, vel Britanniam, ju
Stillingfletum) „& ſub Principibus martyri
„paſſus, ita e mundo migravit, atque in loc
„ſanctum abiit, patientiæ magnum exem

„ſa

s... Æmulatio abalienavit uxores a ma- v. 6.
.. urbes magnas evertit, & gentes
nas eradicavit.,,
Facta hac Corinthiis objurgatione S. Cle-
mox mutato stylo ejus asperitatem blan- *Pœniten-*
illoquio emollit, eosque ad pœnitentiam *tia facien-*
t & ad obedientiam, & hospitalitatem, *da.*
lo Abrahæ *Gen.* 12. *seqq.* Lothi *Gen.* 19, v. 7. 8.
b *Jos.* 2. ipsos adhortatur: ad pacem, & v. 9. 10. & 11. 12.
rdiam excitat. Humilitatem præcipue *Humilitas*
mmendat, *primo* exemplo Christi. ,, Chri- *amplecten-*
squidem eorum est, qui humiliter de se *da.*
lunt, non eorum, qui supra ovile ejus ef- v. 16.
nt sese. Sceptrum majestatis Dei Domi-
noster Jesus Christus non venit in jactan-
arrogantiæ neque superbiæ, cum potens
sed in humilitate, quemadmodum Spiri-
S. de ipso locutus est. *Isa.* 53. *v.* 1. *seqq.*
l. 21. *v.* 7... Cernitis viri chari, quod
nplar nobis datum sit: nam si Dominus
o humiliter se gessit, quid faciemus nos,
sub jugum gratiæ ejus venimus. *Secundo.* v. 17.
atores etiam simus eorum, qui in pelli-
caprinis, & melotis prædicantes Christi
ntum ambulaverunt... Magno testimo-
rnatus est Abrahamus, & Dei amicus
tus est; hic autem intente respiciens ad
am Dei, humiliter ait. *Ego autem sum*
& cinis. *Gen.* 18. Adhuc autem de
ita scriptum est: *Jobus erat justus* &c.
1. Sed ille seipsum accusans dicit: *Ne-*
mundus a sorde, etsi unius diei sit vita ejus.
1. 14. Moyses fidelis in tota domo ejus nun-
tus est *Num.* 12... Sed & ille magno
,,hono-

„honore affectus grandia locutus non est,
„cum e rubo datum esset illi oraculum, di
„*Quis sum ego, quod me mittis. Ego vero*
„*gracili voce, & tarda lingua.* Et iterum
„*Ego autem sum vapor ex olla. Exod.* 3. *v*
n. 18. „& 4. *v.* 10. Quid vero dicemus de Dav
„qui testimonium laudis reportavit, ad q
„dixit Deus: *Inveni hominem secundum*
„*meum Psal.* 88. *v.* 21. Atqui ille etiam
„ad Deum; *Miserere mei Deus secundum*
„*nam misericordiam tuam &c. Psal.* 50.

Concordia creaturarum inanimatarum.

7. Ut vero S. Clemens Corinthios ad pa
& concordiam efficacius moveat pergit dic
„Figamus oculos in Patrem, & Creatorem t
„mundi, atque illius magnificis, & exsupe
„tibus donis pacis ac beneficiis adhærea
„cogitatione contemplemur eum, & a
„oculis intueamur in æquanimam illius vo
„tatem: consideremus quomodo erga om
n. 20. „creaturam suam sit lenis & facilis. Coel
„bernatione ejus commoti in pace ei subjic
„tur: Dies & nox ab illo ordinatum cu
„perficiunt, nec ea propter sibi mutuo im
„dimento sunt. Sol & luna ac syderum c
„secundum ejus mandatum in concordia
„ulla transgressione sibi constitutos orbes a
„vunt. Terra gravida juxta voluntatem i
„suis temporibus plurimum cibum homin
„ac feris omnibusque, quæ in ea sunt, anin
„tibus producit, non contendens, nec mu
„quidquam eorum, quæ ab illo decreta s
„Abyssorum, quæ investigari non possunt
„inferorum, quæ enarrari nequeunt, jud
„eisdem mandatis continentur. Immensi

ipacitas per ordinationem ejus in cumulos
mentata, non transgreditur, quæ ipsi cir-
posita sunt claustra, sed prout ei præcepit,
facit... (1) Oceanus hominibus imper-
bilis, & qui post ipsum sunt mundi, eis-
n Domini dispositionibus gubernantur.
mpestates vernæ, æstivæ, autumnales, &
males in pace aliæ aliis succedunt. Ven-
m libramina proprio tempore munus suum
offendiculo obeunt. Fontes etiam peren-
ad usum, & sanitatem creati ubera sua
fluenter ad hominum vitam præbent. De-
m animalia minima cœtus suos in concor-
, & pace faciunt.„ Ex quibus infert
mens, Corinthios pacem, & concordiam
se conservare, & restaurare debere.

Clemens in illis verbis: oceanus hominibus *Antipo-*
ermeabilis &c. juxta origenem *l. 2. de Principiis* *des an*
de Antipodibus, quos Græci ἀντίϑονας vo- *dentur.*
, loquitur, qui veteribus erant incogniti, no-
vero certo innotescunt, adeoque a Photio im-
to carpitur, quasi vero plures aut innume-
mundos a nostro diversos admisisset.

Rursus ut ad pacem & concordiam Corin- *Judi-*
evocet, eis severam rationem Deo judici *cium, &*
dam proponit. „Consideremus, ait, quod *ratio red-*
est, & quod nihil latet ipsum tum co- *denda.*
onum nostrarum, tum ratiocinationum, *n. 21.*
facimus... Scrutator enim est cogitatio-
& consiliorum mentis, cujus spiritus
nobis, & cum voluerit, auferet eum.
In eundem finem S. Clemens Corinthiis *Resurre-*
ctionem corporum inculcat, quam pro- *ctio corpo-*
Primo. „Consideremus dilecti, quemad- *rum.*
„mo- *n. 24.*

„modum Dominus continue nobis ostend:
„surrectionem, quae futura est, cujus pri
„fecit Dominum Jesum Christum, sus
„eum a mortuis. *Secundo.* Intueamur d
„quae omni tempore fit, resurrectionem.
„& nox resurrectionem nobis declarant
„bat nox, exurgit dies: dies abit, nox
„nit. *Tertio.* Respiciamus fruges: sen
„quomodo fiat, omnibus obvium est: eg
„est seminator, & semen in terram jeci
„que jactis seminibus, quae arida & nu
„ciderunt in terram, tempore dissolvunt
„post dissolutionem magna providentiae D
„virtus resuscitat ea, ac ex uno multum
„ctum profert, & accumulat. *Quarto.*
„templemur signum mirabile, quod in
„talibus locis, scilicet in Arabia, fit.
„quippe est, quae vocatur Phoenix (2):
„singularis, & unigena existens annos
„quingentos, cumque jam morte dissolv
„est, loculum sibi conficit e thure, myrrh
„reliquis aromatibus, quem completo te
„re ingreditur, & obit: ex carne vero
„putrefacta vermis quidam nascitur, qui
„malis defuncti humore nutritus plum
„deinde fortior factus loculum illum, in
„antecessoris ossa reposita sunt, sustollit
„que portans ex Arabica regione ad Ægyp
„& urbem, quae dicitur Heliopolis vergit
„interdiu spectantibus omnibus advolans
„per altare solis illa collocat, atque ita re
„sum proripit se. Itaque Sacerdotes com
„tarios temporum diligenter inspiciunt, c
„veniunt avem impleto anno quingenti

„v

(a. &c. In Phoe- nice.)

ſſe.„ *Quinto.* Reſurrectionem hanc pro-
c *Pſ.* 27.*n.* 7. *Pſ.* 3, *v.* 6. *Jobi* 19. *v.* 25. 26.
dit: „Deus, qui, ne mentiamur, præ-
t, multo magis ipſe non mentietur. Ni-
juippe Deo impoſſibile, præterquam men-
Exſuſcitetur itaque in nobis fides ejus,
ogitemus, quod omnia ipſi propinqua
:. In verbo magnificentiæ ſuæ conſtituit
ııa, & in verbo poteſt illa evertere...
n voluit, atque ut voluit, omnia condi-
neque quidquam ab eo decretum præte-
t. Univerſa coram ipſo ſunt, nihilque
filium ejus latet.„

. Clemens erravit quidem, dum fabuloſæ hiſto-
de phœnice plenam fidem adhibuit, cæterum
ıvit cum ſpectatiſſimis Auctoribus vetuſtis
rodoto, Tacito Plutarcho, Origene, Epipha-
, Hieronymo, Ambroſio &c. & juxta obſer-
ionem D. Tillemont *tom.* 2. *hiſt. Eccl.* S. Cyril-
Jeroſol. *catech.* 18. hoc loco S. Clementis uti-
, quin eum erroris inſimulet. vide Cotelerium.

o. Rurſus ad reconciliandos Corinthiorum *Vocatio*
os S. Clemens, motivum ex vocatione *noſtra ad*
nctitatem illis inſinuat, dicens: „Cum *ſanctita-*
ur ſancti pars ſimus, faciamus omnia, quæ *tem.*
ſanctitatem pertinent, vitantes obtrecta- *n.* 30.
ıem... Agglutinemur ad eos, quibus gra-
a Deo conceſſa eſt. Induamus concor-
m, humiles, continentes, ab omni ſuſurro,
obtrectatione procul recedentes, operibus
ı verbis juſti effecti... Laus noſtra in Deo
& non a nobis ipſis; odit enim Deus
, qui ſemetipſos prædicant. Teſtimonium
ıi operis noſtri ab aliis exhibeatur nobis,
„ſicut

„sicut exhibitum est Patribus nostris, vi
„stis. Temeritas, & arrogantia, & a
„maledictis a Deo: moderatio autem,
„militas, & mansuetudo apud illos, qu
„benedicti sunt.„ Scilicet Abraham,
n. 32. *Gratuita christianorum vocatio, & justificatio.* Jacob. „Qui tamen omnes gloriam, &
„plitudinem consecuti sunt non per seipsi
„opera sua, aut justas actiones, quas
„runt, sed per voluntatem ejus. Et n
„tur ex voluntate illius in Christo Jesu v
„non per nos ipsos justi efficimur, neq
„sapientiam nostram, aut intelligentiam
„pietatem, aut opera, quæ in cordis
„tate operati sumus, sed per fidem, pe
„cunctos, qui unquam justi fuerunt, just
„Deus omnipotens.„ In quibus verbis
mens gratuitam nostram ad fidem vocat
clare ostendit. Item omnes humanos co
& ipsa pietatis opera in se & sejuncta
spectata non sufficere ad promerendam
cationem, utpote quæ omni tempore fu
cessaria ad salutem. Nequis autem
S. Clementem meritum bonorum operu
Meritum, & necessitas bonorum operum. cere, pergit. „Quid igitur faciemus Fr
cessabimus a bonis operibus, & chari
„derelinquemus? Neutiquam hoc a nob
„permittat Dominus: sed cum diligent
„alacritate festinemus omne opus bonu
„ficere... Videamus, quod in bonis op
„ornati fuerunt omnes justi. Et ipse erg
„minus, cum se operibus decorasset, g
„est. Habentes itaque hoc exemplar, in
„ad voluntatem ejus accedamus; ex to
n. 34. „ribus nostris operemur opus justitiæ. I

rarius cum fiducia partem operis sui acci-
Segnis vero, & remissus locatorem suum
i obtuetur. Oportet ergo nos ad bonum
iendum promptos esse, ex hoc enim om-
i constant. Quippe nobis prædicit : *Ecce
minus, & merces ejus coram illo, ut reddat
iuique secundum opus suum.* *Isa.* 40. *v.* 10.

11. Alio rursus motivo Corinthios ad con- *Æterna
dium, & humilem subjectionem, & ad con- beatitudo.*
dionem, ac elationem vitandam S. Clemens *n.* 35.
it, dum eis gloriam cælestem promissam,
per Christi Incarnationem nobis promeritam
libet. „Quam beata sunt, ait, & mirabi-
idona Dei dilecti ! vita in immortalitate, splen-
r in justitia, veritas in libertate, fides in
nfidentia, continentia in sanctitate; & hæc
mia sub intellectum nostrum cadunt. Quæ-
m igitur sunt, quæ præstolantibus appa-
itur ? Sanctissimus opifex & pater sæculo-
i quantitatem, & pulchritudinem, excel-
tiamque illorum cognoscit. Nos igitur
mmo studio contendamus in numero expe-
ntium eum reperiri, ut participes fiamus
iorum repromissorum. Quomodo autem
niet istud dilecti ? Si mens nostra in Deum
e stabilita fuerit : si placita illi, & accepta
uisiverimus, . . . abjicientes a nobis . .
ntentiones, susurros, obtrectationes, odium
i, superbiam, & ostentationem, inanem
riam, atque amorem vanitatis... Hoc est *n.* 36.
r charissimi, in quo salutare nostrum inve-
nus Jesum Christum, Pontificem oblatio-
m nostrarum, infirmitatis nostræ Patronum,

„& auxiliatorem. Per hunc in cœlorum
„tudines oculos defigemus : per hunc imn
„latum, & supernum illius vultum speci
„mur, per hunc oculi cordis nostri aperti
„per hunc insipiens, & obscurata mens n
„in admirabilem ejus lucem repullulat: per
„voluit Dominus, ut immortalem cogniti
„gustaremus, qui, cum sit splendor Maje
„ejus, tanto major est Angelis, quanto e
„lentius nomen sortitus est.

Subordi- ationis xemplo.

12. Concordiam & subjectionem Cori
etiam persuadet S. Clemens sequenti exe
„Consideremus eos, qui sub Ducibus r
„merent, quemadmodum ordinate, quam
„nue, quomodo submisse imperata exe-
„tur. Non omnes sunt præfecti, nequ
„buni, neque centuriones, neque quinqu
„militum præfecti, neque consequentium
„duum, sed unusquisque in suo ordin
„Imperatore, & Ducibus mandata pe
„Magni sine parvis consistere nequeunt, r
„parvi sine magnis... Sumamus corpu
„strum; caput absque pedibus nihil est
„neque pedes absque capite : minima a
„corporis nostri membra necessaria, & i
n. 38. „sunt toti corpori... Servetur itaque t
„corpus nostrum in Christo Jesu, & unus
„que proximo suo subjiciatur juxta gratiæ
„num ipsi assignatum. Fortis, ne contur
„afficiat imbecillem, imbecillis vero fortem r
„reatur, dives pauperi largiatur, pauper
„gratias agat Deo, quod ei dederit, per quer
„opia ejus suppleatur. Sapiens ostendat sap

„

suam non in verbis, sed in bonis operi-
s: humilis non sibi testimonium ferat, sed
t, ut alter ipsi perhibeat testimonium :
carne castus est, ne insolescat', sciens
esse, qui ei continentiam donat. Re-
mus ergo fratres, ex qua materia creati
s, qui & quales in mundum ingressi si-
s, tanquam e sepulchro, & tenebris:
r & opifex noster in mundum suum nos
oduxit præparatis, antequam nasceremur,
ficiis suis.

Ut vero Corinthios ad pacem, & sub- *Ordo, &*
onem servandam S. Clemens adhuc ef- *Hierar-*
inducat, Ordinem, & Hierarchiam *chia Ec-*
sticam a Deo institutam illis exponit; *clef.*
: „Cuncta ordine debemus facere, quæ *n.* 40.
Dominus jussit peragere. Statutis tem- *Sacrifi-*
ibus oblationes, & officia perfici, neque *cium.*
ere, vel inordinate fieri præcepit, sed
nitis temporibus, & horis : ubi etiam,
ui quibus celebrari vult, ipse excelsissima
voluntate definivit, ut pure, & sancte
ia facta in beneplacito, accepta essent
ntati ejus... Summo quippe Sacerdoti
ia munia tributa sunt, & Sacerdotibus lo-
s proprius assignatus est : & Levitis sua
nisteria incumbunt. Homo laicus præce-
is laicis constringitur.„ Ex quibus con-
lit: „Unusquisque vestrum fratres in suo *n.* 41.
tu gratias Deo habeat, in bona conscientia
gens, non transgrediens præscriptam mu-
ris sui regulam in honestate... Apostoli *n.* 42.
is evangelizaverunt a Domino Jesu Chri-

 „sto;

„sto; Jesus Christus a Deo. Missus est i
„Christus a Deo, & Apostoli a Christo,
„ctum est utrumque ordinatim ex volu
„Dei. Itaque acceptis mandatis, & certo
„suasi per resurrectionem D. N. J. C. & in
„confirmati per verbum Dei cum S. Spi
„plenitudine, & securitate egressi sunt,
„nuntiantes adventurum esse regnum I
„Prædicantes igitur per regiones ac urbes,
„mitias earum, spiritu cum probassent, in l
„scopos & Diaconos, qui credituri erant,
„stituerunt. Neque hoc nove; a multis
„temporibus de Episcopis & Diaconis scrip
„fuerat: sic enim alicubi dicit scriptura:
stituam Episcopos eorum in justitia, & Dia
eorum in fide. Qui textus ex Isaiæ 60. v.
videtur exceptus, ubi quid simile legitur:
vero illum ex libro aliquo apocrypho exscrip
n. 44. putant. Et post pauca S. Clemens pe
„Et Apostoli nostri cognoverunt per D. N. J
„Christum, quod futura esset contentio de
„mine Episcopatus: ob eam ergo caus
„accepta perfecta præcognitione, constitue
„supradictos, & deinceps futuræ success
„regulam tradiderunt, ut cum illi decede
„ministerium eorum ac munus alii viri pr
„exciperent. Constitutos itaque ab illis,
„deinceps ab aliis viris eximiis, consent
„ac comprobante universa Ecclesia; qui i
„pate ovili Christi ministraverunt cum hu
„tate, quiete, nec illiberaliter, quique l
„tempore ab omnibus testimonium præcl
„reportarunt, hos putamus officio injuste
„militatem, ex qua simplex Jesus ine
„do constitit, ac qui æternus est, t

Incarnatio.

„ſumpſit acceſſionem, nec non ad intima na-
„turæ noſtræ deſcendit, qui univerſum totius
„naturæ ordinem ſupereſſentialiter tranſcendit,
„ſervatis tamen proprietatibus ſuis prorſus in-
„tegris, & inconfuſis.„ Hæc omnia, & ex his
modo Deum cognoſcimus in ænigmate, in cœ-
lo autem facie ad faciem, quippe nunc in vita
Deum, ut in ſe eſt; „nec mente concipere,
„nec oratione proloqui valemus, neque viſu
„quomodolibet intueri, eoquod ſit omnibus ex-
„emptus, & eminenter ignotus, ut qui ſimul
„omnes omnium cognitionum eſſentialium,
„virtutumque terminationes ſupereſſentialiter
„in ſemetipſo anticiparit, cunctis cœleſtibus
„intelligentiis eminentior, incomprehenſa virtu-
„te collocatus. Etenim cum notiones omnes
„ſint entitatum, & ad entitates terminentur,
„is, qui omni entitate ſublimior eſt, omnem
„quoque effugit cognitionem.

Deum, ut in ſe eſt, modo concipere non poſſumus.

6. Non ſolum Deum vero, ſed & ſtatum
beatorum a nobis non capi aſſerit, & ait:
„Quin & ſacrarum quoque virtutum cum plus-
„quam ignota illa, prælucidaque bonitate con-
„junctiones, quæ Angelis conveniunt, ſive
„immiſſiones, ſive ſuſceptiones appellandæ
„ſint, & ineffabiles ſunt, & ignotæ, ſolisque
„illis inſunt, qui præter Angelicam cognitio-
„nem una cum Angelis eas acceperunt. Men-
„tes itaque deiformes ad Angelorum, quan-
„tum fas eſt, imitationem hacce ratione uni-
„tæ, ſiquidem per omnem mentalis operatio-
„nis vacationem ejuſcemodi deificatarum men-
„tium ad ſupremum Dei lumen unio exiſtit,

Statum etiam beatorum non capimus.

Deus per negationem, & affirmationem laudandus.

N 2 „lau-

„io ut ipsa bonitas, e
„causa est, Providenti
„nium bonorum princi
„effectis laudanda est,
„& propter ipsam, & i
„& esse eam producit
„stant, eamque omni
„quidem, ac rationalia
„ra sensibiliter, cætera
„vitalem, vel substant
„lem aptitudinem; „ i
les proprietates.

Deus simul ονονυμος, *&* πα-λυνωνο-μος. *Jud.* 13. *v.* 18.

7. „Hoc igitur cum
„laudant, & tanquam
„ab omni nomine. T
„tem, ut cum ajunt,
„mysticis visionibus
„Dei increpasse eum,
„*nomen tuum?* & tanqu
„mine abducentem dixi
„*meo nomine? & hoc est*
„rum vero nominum

m, ut sapientem, ut dilectum, ut Deum
um, ut Dominum dominorum, ut San-
n sanctorum, ut æternum, ut eum, qui
, ut auctorem sæculorum, ut largitorem
n, ut sapientiam, ut mentem, ut Verbum,
gnitorem, ut superlate habentem omnes
uros omnis scientiæ, ut potentiam, ut
tem, ut Regem regum, ut Antiquum
um,, ut non senescentem, & immutabi-
n, ut salutem, ut justitiam, ut sanctifica-
em, ut redemptionem, ut magnitudine
ia superantem, & ut in aura tenui. At-
& in mentibus eum esse dicunt, & in ani-
s, & in corporibus, & in cœlo, & in ter-
& simul in eodem eumdem, in mundo
a mundum, supra mundum, supra cœle-
n, supra substantiam, solem, stellam, ig-
n, aquam, spiritum, rorem, nubem, per
pidem, petram, omnia eorum, quæ sunt,
ihil eorum, quæ sunt. Sic igitur ei, qui
ium rerum causa est, & supra omnia,
nit carere nomine, & congruunt rursus
a omnium rerum nomina.

„Præterea Theologi a quibusdam divi- *Deus ab apparitionibus diverse nominatur.* n. 8.
isis, quæ aliquando in sacris templis,
orte alibi magistros mysteriorum, vel
etas illuminarunt, ob multiplicem cau-
& vim nominant bonitatem divinam,
omne nomen, omnemque splendorem
at, formasque ei, figurasque humanas,
gneas, aut electri inducunt, & oculos
atque aures, capillos, facies, manus,
las, alas, brachia, posteriora, & pe-
N 3 „des

„...rum hominibus, n
„cemus, quinimo illos
„nes istiusmodi, a bel
„cum Deo gerunt, rev

Capi

De copulata, distinct
quæ sit divina uni

Nomen boni, & similia toti S.S. Trinitati conveniunt.

9. Præsens hoc caput
Theologia inscrib
nysius de divinis Nomin
rit, divina vero nomina
nis Personis in communi
uni divinæ Personæ in p
na divinæ naturæ in c
vocat Theologiam unita
mina vero cuilibet Perso
gruentia, appellat Theo
vinam vero unionem voc
naturæ divinæ cognitio
distinctionem divinas S.
& ait, unicam, & solam

„dam Propheta divino Numine afflatus laudat Ps. 142.
„Spiritum bonum. Et rursum illud: *Ego sum,* v. 10.
„*qui sum;* nisi de tota concedant Divinitate Exod. 3.
„pronuntiatum, sed secundum unam duntaxat v. 14.
„partem descriptam contenderint, quomodo
„illud intelligent: *Hæc dicit, qui est, qui erat,* Apoc. 1.
„*qui venturus est, omnipotens:* & illud: *Tu au-* v. 4.
„*tem idem ipse es;* & illud: *Spiritus veritatis,* Ps. 101.
„*qui est, qui a Patre procedit?* Et nisi divinita- v. 28. Joan. 15.
„tem totam dicant esse vitam, quomodo ve- v. 26.
„rum est sacrum Verbum, quod ait: *Sicut Pa-* Joan. 5.
„*ter suscitat mortuos, & vivificat, sic & Filius,* v. 21.
„*quos vult vivificat;* & illud: *Spiritus est, qui* Joan. 6.
„*vivificat.* Quoniam quoque dominatum totius v. 64.
„mundi tota Divinitas obtinet, de Deo quidem, „qui Deum genuit, vel de Deo Filio ne dici „quidem possit, ut opinor, quot Scripturæ S. „locis in Patre, & Filio nomen Dominus ce„lebretur: atqui Spiritus quoque Dominus est. „Pulchrum etiam, & sapiens de tota Divina„te prædicatur, uti & lux, & id, quod Deum „efficit, & causa. . . Et ut compendio quis „dicat, ipsum & Dei Verbum ait: *Ego, & „Pater unum sumus. Et quæcunque habet Pater, „mea sunt, & omnia mea tua sunt, & omnia tua „mea sunt.* Et rursum, quæ sunt Patris, & sua „Spiritui divino principali per communicatio„nem, unionemque attribuit, ut puta divinas „operationes, venerationem, scaturientem, „& nunquam deficientem causam, atque di„stributionem donorum, quæ bonum decent. „Ac neminem quidem arbitror eorum, qui Scri„pturis haudquaquam perversis sunt imbuti, „negaturum, omnia, quæ Deo ratione per-

Operationes ad extra de tota S. S. Trinitate prædicantur.

pricaicat ... quaedam copula
& quæ- „vero diſtincte; neque
nam illa. „jungere, nec diſtincta
v. 2. 3. „pturis inſiſtendo pro
„ſplendores aſpirandum.
pulatim & diſcrete p
„Nomina itaque copulat
„vinitate ſunt : ſupraqu
„Deus, ſupraquam ſub
„vens, ſupraquam ſap
„ſunt ablationis ſecundu
„quibus numerantur om
„cauſæ pertinent, bonu
„vivificum, ſapiens, &
„donis ejus, quæ boni
„quibus omnium bonor
„Diſcreta vero ſunt Patr
„men, & res, & Filii,
„la in his facta reciproc
„ſus communitate intro
„diſcreta ac diſtincta, pe
„& immutabilis Jeſu eſ
„ſunt myſteria ſubſtantia

...quam ineffabilis, & supra modum ignotæ ...onis, quæ nusquam sese prodit: (*id ...ttributa essentialia, sive incomprehensibiles ...is essentiæ notiones*) „ distinctiones vero ...cas Dei emanationes, '& manifestatio-(*id est processiones Divinarum Personarum*) ...atque scripturis sacris insistendo non-...dictæ unioni propria, viciffimque di-...ni proprias item suas copulationes ac ...tiones: verbi gratia in Divina unione, ...upersubstantialitate copulatim quidem ...tis principi Trinitati ac commune est ...ressentialis existentia, & supraquam di-...s, supraquam bona bonitas, sum-...omnium ejus, quæ supra omnia est, totius ...prietatis idenditas, unitas supra princi-...um unitatis, ineffabilitas, multivocatio, ...demonstrabilitas, omnimoda intelligibilitas, ...nium positio, omnium ablatio supra om-...m positionem & ablationem (*id est per af-...ationem, & negationem n. 6. cognoscibilis.*) ...vinarum Personarum in seipsis, si ita loqui ...est, mutua mansio, & collocatio, in to-...n supra quam copulata in unum, & non ...fusa in parte ulla (*id est circuminsessio*)„ ...t lumina lampadum, ut exemplis sub sen-...n cadentibus, & familiaribus utar, quæ ...t in una domo, & tota sunt in se totis ...issim, non permixta, ac per se existunt ...fecte, inter se mutuo sigillatim distincta, ...junćta in unum discrete, & discreta con-...ctim... Quinimo siquis unam lampadem ...icat e domo, simul exibit totum proprium ...nen, nihil quidquam cæterorum luminum in

...sentialia, distinctiones nomina ab emanationibus sumpta. n. 4.

„se ipsa simul trahens, nec aliquid su
„relinquens. Quare supersubstantialem
„unionem longe præstantiorem dicimus.

Distinctio divinarum Personarum sola relatione.

12. Secundum distinctionem Div
„non tantum secundum ipsam unionem
„libet præcipuarum Personarum impern
„atque inconfusa ponitur, verum eti
„quæ supersubstantialis illius divinæ g
„tionis sunt, inter se minime reciproc
„ad eo ut solus Pater fons sit in superf
„tiali Deitate, atque ita Pater non fi
„neque Filius sit Pater, sed cuique Di
„Personarum propriæ suæ Laudes in
„conserventur. Hæ quidem sunt unio
„distinctiones in illa ineffabili unione, &
„tia. Quodsi vero etiam divina distin
„emanatio Deum decens divinæ unionis,
„supraquam unite bonitate Dei multiplic
„distinctione quidem divina unitæ sunt in
„prehensibiles illæ communicationes, sub
„tificationes, vivificationes, sapientific
„nes, aliaque istius modi omnium effe
„bonitatis munera, secundum quæ ex
„ticipationibus & ex participibus lau
„tur ea, quæ imparticipate particip

Deus participabilis, & non participabilis.

„Et hoc commune, & copulatum
„unum est toti Divinitati, participari
„cet ipsam ab unoquoque participantium
tenus scilicet ab eo existunt omnia, & ab e
nentur, ac conservantur, ut sint)„ & a nullo
„parte (*scilicet secundum substantiam.*)
declarat exemplo linearum rectarum cen
circuli participantium; & sicut ea, qu

fint totaliter, & non ex parte figillum
ipant: addit autem. „ Vincit autem
exempla divinitatis, quæ omnium causa
mparticipabilitas.

Opera Christi non sunt communia SS. Trinitati. n. 6. Nestoriani, Acephali, & Phantasiasta refelluntur.

, Aliam præterea distinctionem Divinam
Incarnati observat dicens. „ Porro in
ica nostra reparatione munus hoc a Dei-
distinctum est, quod propter nos ex no-
erbum, quod supra substantiam est, in-
n veramque nostram substantiam assum-
, eaque gesserit, tuleritque, quæ hu-
ipsius actionis præcipuæ sunt, & sin-
a. Hæc enim nulla ratione communia
'atris ac Spiritus, nisi forte quis dicat,
i benigni atque humani communitate,
undum omnem illam eminentem atque
ilem Divinam operationem, quam
nos existens is, qui immutabilis erat,
iit in quantum Deus, & Dei verbum.
uoque similiter res divinas sermone con-
e, distinguereque satagimus, prout ipsæ
im in se, vel unitæ sunt, vel distinctæ. „

Deus in silentio maxime cognoscitur. n. 7.

nen notat, sensum eorum, quæ de Deo
ur illam solum mentem invenire, quæ
omnino vacat, nec rebus terrenis, &
atis implicatur, sed rebus divinis
intellectus operationem intendit „ id
cessationem omnem motus, qui ad res
ndas facit: tunc enim, quando undi-
omprehensibilitate Dei comprehenditur,
ur, quod quærebat. Id quod Theo-
stici cognitionem Dei in silentio appel-

„gelorum primati (*scilice*
„Atque eum quidem viri
„tiam assumpsisse mystice
„ratur, quomodo ex Vi
„quam naturæ, lege sit ef
„cto siccis pedibus, quæ
„pondus materiæ habere
„bulaverit, fluxamque sub
„fecerit, quæ supernatu
„indicant. Hæc omnia
„Theologicis ipsius eleme
„quæ ille partim a Theol
„partim etiam ex solerti
„tione longo exercitio ac
Contemplatio passiva. „dit, partim etiam divini
„tione hausit, ista non di
„rum etiam divina patiend
„corum, si dictu fas sit, co
„quæ doceri nequit, fidem
„nem informatus. „ Utpo
liter per sermonem doctrina
sed divina illustratione exp
signitam in mente super
cognitionem. Istiusmodi a

15. Deinde verba S. Hierothei ex Theolo- ... elementis refert, in quibus sequentia ... da sunt. „Causa omnium, & quæ om- ... implet, est Jesu Divinitas, quæ servat par- ... consentientes, & neque pars, neque ... est (*quia scilicet non habet perfectionem* ... *& partis, sicut totum & pars, sed ex-* ... *in infinitum*) „ & „est totum & pars, ... omne, & totum, & partem in ... comprehendit, & supra habet, & ante ... Sine forma in ipsis „formis, utpote ... formam substantia totis substantiis infi- ... impollute, & ab omni substantia supra ... tiam abstracta.„ Id est, Deus est in ... bus substantiis, & ab eis participatur, ... tamen ita, ut cum eis misceatur.

Quomodo Jesu divinitas sit omnia in omnibus. n. 10.

16. Denique notat, quod „Deus, dum re- ... omnibus ubertim bonorum omnium con- ... impertit, & infundit, tum conjuncte ... distinquitur, amplificatur autem uni- ... multiplexque fit ex uno, nec ab unitate ... cedit: ut puta, quoniam Deus superessen- ... ter est essentia, cunctasque producit es- ... tias, secundum illud unum, quod est, mul- ... cari dicitur, dum multas ex se producit ... tates. Verumtamen in se ipse manet in ... plicatione unus, & in emanatione uni- ... , atque in distinctione perfectus, quod sit ... essentiis omnibus superessentialiter exem- ... , tam singulari productione omnium, ... indiminuta suarum indeficientium pro- ... sone communicationem. Quin etiam cum ... unum ipse sit, omnique parti, & toti, ... ni, & multitudini, unius sui consortium „lar-

Quomodo Deus multiplicari dicatur.

Quomodo Deus in rebus omnibus unus sit.

„largiatur, vel ut sic etiam supra subst
„existit unus, cum neque pars sit mul
„nis, neque ex partibus totum: nam hc
„do non est quid unum, neque sic unu
„ticipat, habetve unitatem; sed longe
„alia ratione quid unum est, supra unu
„rebus unum est, & multitudo individu
„explebilis superplenitudo, omne unum,
„tudinemque producens, ac perficiens,
„complectens.

Caput III.

Quæ sit vis orationis, & de beato l theo, de religione, & conscription Theologica.

17. Antequam S. Dionysius ad expl
nem Divinorum Nominum seu a
torum accedat, SS. Trinitatem invocat
„boni principium est, & bonum super
„optimas quasque suas providentias ex
Oratio ad „Oportet enim nos primum orationibus
Deum nos „sam, ut ad boni principium adduci, a
sublevat. „de magis ipsi propinquantes edoceri
„quæque munera, quæ penes ipsam su
„locata: nam ipsa quidem præsens ade
„nibus, non illi autem adsunt omnia.
„cum eam sanctis precationibus, &
„tranquilla, & ad divinam unionem ac
„data deprecamur, tum demum nos et
Deus ubi- „præsentes sumus: ipsa enim nec in l
que est. „est, ut usquam absit, vel ex aliis ad a
„gret. Quin imo dicere, in omnibus
„ipsam esse, quid minus est ejus infinitate

xcedit, & continet universa. Nos ipsos
æ orationibus ad sublimiorem divinorum
gnorumque radiorum contuitum compa-
s, quemadmodum si lucidissimam cate-
e summo coelo suspensam, & huc usque
sum manibus alternis in anteriora proten-
ntinenter arriperemus, attrahere qui-
psam videremur, re autem vera non
ipsi deduceremus, ut quæ superne, &
e præsens esset, sed ipsimet magis ad
iores radiorum illustrium fulgores eve-
ur... Quapropter ante omnia maxime
eologia ab oratione auspicandum est,
t ubique & nusquam præsentem virtu-
ttrahamus, sed ut divinis commemora-
us invocationibusque nos ipsos illi de-
s, atque uniamus.

Cum vero S. Hierotheus Theologica
ia jam collegerit, S. Dionysius rationem
ur ille post ipsum hoc libros Theologicos
pserit, scilicet „ quoniam ille res divi-
ere graviter explicans compendio nobis
s aliquot definitiones tradidit, quæ in
multa conglomerant, jussus sum una
ollegis meis, qui animabus adhuc ru-
us imbuendis vacant, subtiles istas, ac
ares conclusiones, in quibus maxime
lis tanti viri virtus enituit, sermone
ad captum nostrum accomodato ex-
e, atque digerere... Si enim solidus
perfectorum est, eo etiam alios pascere
e sit perfectionis? Merito itaque dici
d spiritualium Eloquiorum intuitionem,
„&

Cur sanctus Dionysius post S. Hierotheum hos libros scripserit.

„& subtilem eorumdem eruditionem
„senili opus esse, sermonum vero ir
„riorum, ceu inferioris notæ, scie
„disciplinam initiantibus atque initia
„nire.„ Deinde cum dixisset, se ill
laturum, quæ S. Hierotheus plane ja
ferat, in ejusdem laudes se effundit
„Nam etiam apud ipsos divino Spirit
Laus S. Hierothei. „Antistites nostros, cum & nos, ut
„ipse plurimique SS. Fratrum nostri
Quid Apostoli circa corpus Deiparæ fecerint. „corpus illud, quod dedit principiu
„Deumque susceperat, contuendum
„mus; aderat autem, & frater Don
„bus, & Petrus, suprema ista atque
„sima summitas Theologorum, plac
„post contuitum Antistitibus omnibus
„cuique suo infinita potentia prædita
„imbecillitatis bonitatem collaudare,
„Theologos cæteris omnibus laudato
„tecellebat, totus excedens, totus se
„rerumque, quas laudabat, consortium
„denique ab omnibus, a quibus audie
„videbatur, tam a notis quam ignot
„Numine afflatus, divinusque plane
„censebatur.

CAPUT IV.

De bono, luce, pulchro, amore,
zelo, & quod malum neque ens sit, n
entibus, neque in entibus.

Bonitas primum Dei attributum. 19. A Divinis Nominibus, seu attribu
nere S. Dionysius ad specialis
ditur, & in primis „ad ipsum nom

ideremptæ, ab omnibus divinitati supra di-
itatem attribuunt Theologi, vocantes, ut
itor, bonitatem ipsam essentiam divinam,
itatis (*scilicet participatæ a creaturis*)
item: & quia sic essentia sua bonus est
s, ut tanquam substantiale bonum boni-
s in omnia porrigat. Quemadmodum
t sol ille noster non cogitatione aut vo-
ate, sed eoipso quod est, illuminat uni-
i, quæ quoquo modo lucis ejus sunt ca-
a, sic etiam ipsum bonum, quod non
s præstat soli, quam primæva species
gini obscuræ, ipsamet substantia sua re-
omnibus, pro cujusque captu, totius bo-
is suæ radios affundit. His constite- *Bonitate Dei omnia consistunt.*
omnes intellectiles ac intelligentes sub-
iæ, & virtutes, & operationes: horum
ite sunt, vitamque habent sempiternam, *Angeli sunt Spirituales, & immortales.*
ndeficientem, ab omni corruptione ac
te, & materia, generationeque liberæ,
non ab instabili fluxaque, quæ in diver-
versimode fertur, permutatione semotæ,
nquam incorporeæ, & immateriales in-
guntur, & ut mentes supermundialiter
ligunt, atque propriis rerum rationibus
rantur.

. A Bonitate Divina etiam sunt ordines *A Bonitate divina sunt ordines, & functiones S. Angelorum.*
orum, de quibus idem S. Dionysius in
tu de proprietatibus, atque ordinibus An-
im egit, qui modo periit. Item functio-
orum. „Præterea animæ quoque, ac
libet animarum bona sunt per bonitatem
i, quæ omne bonum superat: inde pro- *Item animæ ea-*

 „venit,

rumque facultates. n. 3.

„venit, illas intellectu præditas esse, v
„habere substantialem, corruptionis-expe
„ut esse habeant cum Angelis commune,
„sintque ad eorum vivendi rationem aspi
„quorum ductu optimo ad bonorum om
„summum bonum promoveantur, atq
„eodem promanantium illuminationum
„captu suo participes evadant, denique
„formis, quantam possunt, sortem accip
„& quæcunque alia in tractatu de anima
„a nobis enumerata (*qui liber etiam desidera*

Item animalia, & inanimata.

„Porro si de animabus quoque ratione ca
„bus animalibusve loquendum, quæ vel a
„tranant, terramve permeant, aut
„reptant, vel in aquis vitam agunt, aut
„phibia sunt, vel sub terra recondita,
„in caverna vivunt, vel quæcunque sim
„ter anima sensili, vitaque præstant, hæc
„que omnia etiam per eamdem bonitatem
„animantur, & vivificantur. Plantæ sim
„omnes ex eodem bono nutritivam, motabi
„que vitam habent; denique substantia,
„cunque anima vitaque caret, per illud i
„bonum existit, a quo & statum suum
„stantialem obtinuit.

Bonum cœlorum, & eorum motus causa est. n. 4.

21. „Sed quod in medio præterlapsum
„effugerat, cœlestium etiam principiorum
„subterminationum causa est bonum:
„substantiæ hujus cælestis, quæ non aug
„neque minuitur, & penitus non variatur
„motuum cœlestis curriculi vastissimi non
„nantium, si ita loqui oportet, & ordi
„stellarum, & pulchritudinum, & lumin

itfixionum earum, & multiplicis curfus va-
tis quorumdam fyderum, & duorum lumi-
um, quæ fcriptura vocat magna, circuitus,
dem unde profecta funt, reverfionis, qui-
apud nos dies, & noctes diftinquuntur,
enfes atque anni definiti, ipfos motus
oris, & eorum, quæ in tempore funt,
lo confectos diftinquunt, numerant,
ant, & continent. Quid autem dicatur
fo radio folis? a fummo enim bono lu-
proficifcitur, & imago bonitatis eft...
t enim bonitas divinitatis a fupremis, &
ectiffimis fubftantiis usque ad extre-
pervadit... Sic etiam ingens ifte Sol
ia, quæ eum participare poffunt, illu-
... Quin etiam ad ortum corporum fub
m cadentium confert, & ea movet ad
n, nutrit, auget, perficit, & purgat, ac re-
t... hoc enim eft illud lumen, tametfi tunc
erat figuratum, quod dixit Divinus Moy-
iftinxiffe illud primum dierum noftrorum
um. Atque ut omnia bonitas ad fe con-
it, primaque, quæ difperfa funt, colli-
tanquam unifica Divinitas, & princi-
a unitatis... ad quod omnia tanquam ad
n quæque fuum convertuntur, quodque
tunt univerfa, fpiritualia quidem ratio-
e utentia fcienter, fenfilia vero fenfili-
quæ autem fenfus funt expertia, innato
a vitalis appetitionis, & quæ vita carent,
antummodo exiftunt, vi quadam ad folius
itiæ participationem propenfa funt; ita
quoque colligit, convertitque ad fe omnia,
videntur, quæ moventur, quæ cale-

Sol imago divinæ bonitatis.

Bonitas omnia ad se convertit.

 fcunt,

Deus cur lumen appelletur. n. 5. 6,

22. „Is, qui bo
„ctilis dicitur, quia
„lestem implet lumin
„tem ignorantiam, (
„mis, in quibus est,
„quidem mediocrem
„gis se impertit, &
„lexerunt multum, a
„vehit proportione st
„dum sursum. Lun
„citur illud bonum, (
„men tanquam fons
„minis inundans omn
„nam, & circummun
„plenitudine sua illu

Deus dicitur pulcher, & pulchritudo. n. 7.

23. „Hoc item l
„Theologis ut pulchr
„Pulchrum quidem d
„dinis particeps est
„participationem caus
„tia. Ipsum autem

um rebus omnibus pulchrificas fontalis sui
dii distributiones lucis in morem afflat,
uniaque ad se καλεῖ, id est, vocat (unde
κάλλος id est, pulchritudo dicitur) & tota
totis quasi in se colligit. Pulchrum vero
atur, quod ex omni parte pulchrum sit, &
squam pulchrum. . , Fontalem universi
:hri pulchritudinem in seipso eminenter
cipans, præhabensque. In ipsa enim na-
ı simplici ac supernaturali pulchrorum uni-
orum omnis pulchritudo, & omne pul-
um uniformiter secundum causam præexi-
Ex hoc ipso pulchro rebus omnibus
ngit, ut sint singula secundum propriam
onem pulchra & propter pulchrum sunt
ıes congruentiæ, & amicitiæ, & com-
ıicationes, & per pulchrum cuncta con-
guntur; atque pulchrum est omnium prin-
um, ut causa efficiens, & movens, &
versa propriæ pulchritudinis amore conti-
s, & ut finis omnium, atque id quod
etitur tanquam causa finalis: nam pulchri
sa cuncta fiunt, & exemplaris. quia se-
dum illud omnia definiuntur. Quamobrem
n est pulchrum atque bonum, quoniam
ıia secundum omnem causam pulchrum,
onum appetunt, & nihil est in rerum na-
ı, quin pulchrum, & bonum participet.
lebo etiam hoc dicere, quod non est,
:hrum, & bonum participare: tunc enim
ipsum pulchrum, & bonum, quando in
ı laudatur supra substantiam auferendo
versa. Denique hoc unum pulchrum, &
um singulariter est omnium multorum

Ex hac pu'chritudine sunt omnes congruentiæ.

„pulchrorum, & bonorum causa. Ex „rum omnium substantiales existentiæ „nes, distinctiones, idenditates, diver „fœdera contrariorum, rerum unitati „permixtiones, providentiæ superioru „tua consortia rerum, quæ sunt ejusc „dinis... omnium communiones, & „entiæ, & consensiones universi, nec „rum in hoc universo contemperatio1 „dissolubilesque complexus, & eoru1 „fiunt, perpetuæ successiones, status „motusque mentium, animorum, cor „status enim est omnibus atque motu: „omni statu motuque superius exta „quamlibet in propria ratione firmat „propriam dirigit motionem.

Triplex motus Angelorum.

24. De motu hoc cœlestium menti Angelorum notat S. Dionysius, eos t1 moveri dici posse: 1. circulariter „du „cipio fineque carentibus pulchri „splendoribus uniuntur (*& quasi circum* „*vertuntur.*) 2. Directe autem, qu: „inferiorum providentiam seu curam (*q* *seu terminum habet*) „procedunt, rect „dirigendo. 3. Oblique vero, dum i „bus consulentes in eodem statu perpe „nent (*in semetipsos revertentes*) „ciro „num, & pulchrum ejusdem status „se versantes.

Triplex animi motus.

Circularis.

25. „Animi autem motus orbicu „ejus ab extraneis ad semetipsum in „spiritualiumque ipsius facultatum unin „flexio, quæ quasi in circulo fixum, &

rrore liberum motum ei tribuit, & a multis ebus extraneis ipsum convertit, ac colligit prinum ad se: deinde, quasi jam unius modi ffectum, conjunctis uno modo facultatibus onjungit, atque ita demum ad pulchrum, & bonum manuducit, quod supra omnia, quae unt, & unum & idem, & sine principio, & ine fine est. Oblique vero cietur animus, *Obliquus.* quando pro captu suo notionibus divinis illustratur, non spiritali quidem unito modo, ed cogitando, & discurrendo quasi permixtis luxisque actionibus. Directe vero move- *Directus.* tur, quando non ad seipsum ingreditur, neque singulari motu spiritali fertur; nam hic motus circularis est, ut dixi, sed ad ea, quae ipsi vicina sunt, progreditur, & a rebus externis, non secus ac signis quibusdam variis ac multiplicibus ad simplices, & unitas contemplationes revocatur.

26. „ Harum igitur trium, uti & sensilium *Omnia* n hac rerum universitate motionum, statu- *per pul-* umque ac firmitatum causa & conservatio, *chrum, &* & finis est bonum illud pulchrum, quod est supra *bonum* tatum omnem, & motum, per quod, & ad *conservan-* quem, & cujus gratia status omnis ac motus *tur.* exiftit. ... Etenim in ipso omne principium exemplare finale, efficiens, formale, materiale ... & ut summatim dicam, omnia, quae sunt, ex pulchro, & bono existunt, & omnia, quae non sunt, in pulchro, & bono sunt su- *Omnia* prasubstantialiter. Universis igitur bonum, & *pulchrum,* pulchrum desiderabile, & amabile est, & ab *& bonum* universis diligitur, & propter ipsum, & ipsius *appetunt.*

„cata, & inferiora amant superiora, conve-
„tendo se ad ea, & quæ sunt ejusdem ordi-
„nis, amant similia, communicando: & ma-
„jora minora, providendo eis, & singula seipsa
„conservando, & omnia pulchrum, & bonum
„expetendo, faciunt, & volunt, quæcunque
„faciunt, & volunt. Quin & hoc vere aude-
„mus dicere, quod ipse, qui est omnium causa,
„propter excellentiam bonitatis omnia amat,
„omnia facit, omnia perficit, omnia continet,
„omnia convertit ad se, & est divinus amor
„boni propter bonum... qui non sinit ipsum in
„se sine fœtu manere, sed potius movit eum
„ad operandum secundum excellentiam virtu-
„tis suæ omnium rerum effectricis.

Nomen amoris in S. Scriptura celebratur. n. 12.

27. Nomen etiam amoris in S. Scriptur
„celebratur: de quo notat S. Dionysius. „At
„qui visum est quibusdam nostris sacrarum
„scripturarum tractatoribus nomen amoris di
„vinius esse, quam nomen dilectionis: scribi
„enim Divinus Ignatius: meus amor crucifixu
„est... Mihi autem videntur Theologi exist
„masse quidem, commune esse nomen amoris
„& dilectionis, sed attribuisse divinis scriptu
„ris verum amorem propter hujusmodi homi
„num turpem mentis anticipationem... Mult
„tudo enim non potest cogitatione capere illu
„singulare Divini, & unius amoris, quamol
„rem tanquam nomen, quod vulgo videtu
„durius, ponitur in divina sapientia, ut vu
„gus ad cognitionem veri amoris elevetur,
„erigatur, & ab ea, quam illi inesse concipi
„indecentia liberetur... Porro amor Divin
e

virtutis cujusdam unificæ, aç collectivæ, cellenterque contemperantis, quæ in pulro, & bono per pulchrum, & bonum præiſtit, continetque quidem æqualia per muam connexionem, ſuperiora vero ad infeorum movet providentiam, inferiora porro r converſionem quandam Superioribus init. *Amoris divini effectus.*

28. „Eſt præterea divinus amor exſtaticus, ii non ſinit eſſe ſuos eos, qui ſunt amatos, ſed eorum, quos amant. . . Unde dinus Paulus divino iſto amore captus, & rtutis exſtaticæ particeps factus divino ore t: *Vivo ego, jam non ego, vivit vero in me riſtus.* . . Audendum eſt hoc etiam pro ritate dicere, quod ipſemet omnium Auctor ilchro, & bono omnium amore propter exllentiam ſummam amatoriæ bonitatis extra per providentias omnium rerum exiſtit, & onitate, atque dilectione, & amore veluti elinitur, & oblectatur; & cum ſit ſupra oma, & ex omnibus exemptus, ad omnia deittitur ſecundum poteſtatem ſupraſubſtantiam, qua extra ſe non egrediendo exit. Hanc b cauſam periti rerum divinarum Zelotem lum nuncupant, quod magno, & benigno rum amore teneatur, easque ad ipſius amaorii deſiderii zelum provocet, atque adeo ſeetipſe quodammodo Zelotem præſtet, ut ui res deſiderabiles ſint zelo dignæ, & ut ui rerum, quibus providet, zelo afficiatur. *Amor eſt exſtaticus, n. 13.* *Amor Zelotes.*

29. „Quid porro tandem ſignificare volunt 'heologi, cum aliquando Deum vocant amo- *Quomodo Deus ſit*

„dilectum, & amabile
„pulchrum, & bonun
„& dilectionem, tan
„sursum trahentem ad
„bonum, & pulchrun
„stationem suiipsius,
„sum eximiæ illius uni
„tionem simplicem,
„operantem, præexist
„bono in ea, quæ sunt
Circulus divini amoris. „sus ad bonum revert
„fine, & principio se
„cellenter ostendit tan
„culus, propter bonum
„& ad bonum indeclin
„miens, in eodem,
„procedens semper, & r
Atque hæc S. Hierothe
toriis etiam exposuit,
S. Dionysius.

Malum 30. Explicato bono,

ex bono sunt (natura enim boni est, producere, & conservare, mali autem corrumpere, ac perdere) nihil eorum, quæ sunt, ex malo est, ac ne ipsum quidem malum erit, siquidem etiam sibi malum esset. Quod nisi ita sit, malum omnino malum non erit, sed habet quandam boni, secundum quam omnino est, partem. Et si ea, quæ sunt, pulchrum, bonumque appetunt, & quæcunque agunt, propter id, quod bonum videtur, faciunt, omnisque rerum intentio cum principium, tum finem bonum spectat (nihil enim mali naturam spectando facit ea, quæ facit) quonam pacto erit malum in rerum natura, vel existat ejusmodi boni appetitu destitutum? Enimvero si res omnes ex bono sint, bonumque sit supra res ipsas, id quod non est, jam in bono est, malum vero nequaquam est; alioquin non est plane malum, nec id, quod non est: nihil enim erit id, quod omnino non est, nisi secundum modum quemdam supraessentialem in bono esse dicatur. Bonum igitur erit, & eo, quod omnino est, & eo, quod non est, multo prius, & superius locatum. Malum autem nec in iis est, quæ sunt, nec in iis, quæ non sunt, sed etiam eo, quod non est, remotius est a bono, tanquam alienum, ac minus ens.

Quidquid est, bonum est.

31. *Secundo* probat malum, qua malum, ad nihil utile esse „ipsum enim malum neque est, neque bonum est, neque generandi vim habet, neque res, neque bona facit. „ (*cum contra quidquid est, secundum boni participationem*

Malum ad nihil utile est.

Quidquid est, secundum par-

„bono privata ſunt,
„exiſtunt; . . . & q
„tum eſt, id nusquan
„eſt, vel erit, vel
etiam vitia præſeferun
ſub qua appetuntur.
„ceps eſt hoc ipſo, q
„ea, quæ mala viden
„ſpeciem præſefert, d
Ex his concludit, quod
ſtat, ſed bono mixtum.
„boni expers eſt, id n
„in iis, quæ ſunt, ex
„tum eſt, id propter
„in tantum in rebus ex
„tum boni eſt partice
„non eſt res aliqua.

Vitia etiam boni ſpeciem præſeferunt.

Malum purum non exiſtit.

32. *Tertio* oſtendit,
„dem ineſt malum. Na
„bono, omnibus inſit b
„tineat, malum utique
„vel in bono erit: Atqu

Malum non eſt in rebus.

n. 21.

ꝛeft: non enim poteſt arbor bona ma-
tus facere, nec contra. Si ex eo non
ſpicuum eſt; id profectum eſſe ab alio
o, atque cauſa: nam aut malum ex
it, aut bonum ex malo, vel ſi id fieri
teſt, ex alio principio, & cauſa exi-
a bonum, quam malum. Nulla enim
s principiat, ſed unitas erit principium
dualitatis. Atqui abſurdum quoque eſt,
), & eodem duo prorſus contraria pro-
& exiſtere, idemque principium nec
x, nec unum eſſe, ſed diviſum ac du-
& ſibi ipſi contrarium ac repugnans.
i vero duo rerum principia contraria,
bi mutuo, & univerſo inſint, pugnare
e poſſunt; ſi enim hoc detur, ne Deus
n ipſe incolumis erit, vacuusque mo-
ſiquidem ſit aliquid, quod eum offen-
leinde cuncta erunt inordinata, ſem-
pugnantia: atque bonum cum omni-
ous amicitatem jungit. . . Sed nec ex
ıalum eſt: aut enim bonus non eſt,
na facit, bonaque producit, & non
do quidem, & aliqua, aliquando
on, & non omnia: iſto enim pacto
in eum cadet, & commutatio etiam
d, quod omnium diviniſſimum eſt,
, cauſam. Quodſi vero in Deo bo-
ipſa ſubſtantia, ſi permutetur ex bo-
s, aliquando quidem erit, aliquando
on erit. Si autem participatione bo-
abeat, habebit utique ex alio, atque
habebit, alias non habebit. Malum
tur nec ex Deo, nec in Deo, neque om-
neque certo tempore. 33.

Dualitas non principiat contra Manichaeos.

Malum nec ex Deo, nec in Deo eſt.

Malum non est in Angelis. n. 22.

33. *Quarto* docet: „quod n
„quidem inest malum; si enim bo
„divinam enuntiat bonitatem. . .
„lus est imago Dei, & arcani lun
„tio, speculum purum, clarissimu
„immaculatum, intaminatum, to
„cipiens, si dictu fas est, pulchri
„niformis deiformitatis, liquido
„fieri potest, in semetipso resplen
„secretissimi illius silentii bonitat
„adeo neque Angelis inest malum.
„peccatores puniant, mali sunt.
„fecto ratione correctores delinqu
„erunt, sicut & Sacerdotes, qui
„mysteriis divinis arcent. Atqui
„est puniri, sed supplicii reum fier

Objectio solvitur.

Dæmones non sunt natura sua mali. n. 23.

34. *Quinto* probat, quod „ne
„nes natura sua mali sint: nam si
„forent, neque ex bono essent, r
„tura rerum existerent, neque eti
„mutati, si natura semperque mali
„inde num sibi mali sunt, an ali
„etiam seipsi perimunt: sin aliis, c
„terimunt, aut quid interimunt? e
„an potentiam, an actionem? si
„primum quidem non contra nat
„cient, quæ enim natura sua interi
„sunt, ea non interimunt, sed ea
„ruptioni sunt obnoxia. Deinde n
„omnibus, & omnino malum est
„quidquam eorum, quæ sunt, in
„tenus essentia est & natura, sed
„turalis ordinis, congruentiæ, &

tio debilitatur, cum in eodem ſtatu maleberet. Imbecillitas autem non eſt pernam ſi omnino perfecta forent, & cornem ipſam, & ſubjectum ejus e medio et, eſſetque talis corruptio ſui quoque s interitus, ideoque etiam ut talis non malum, ſed deficiens bonum; nam quod ino expers boni eſt, nequidem res erit; nque ratio de corruptela potentiæ, & onis. Præterea quomodo dæmones, qui cti ſunt a Deo, mali ſunt? bonum enim n profert, & ſtabilit. Dæmones igitur avatos dicimus, quod divina bona velle, perficere deſtiterunt, alioquin ſi natura i eſſent dæmones, ſemper fuiſſent mali. ui malum inſtabile eſt: ſi itaque ſemper eo- modo ſe habent, non ſunt mali: nam m modo ſemper ſe habere, proprium eſt l. Si autem non ſemper mali, neque na- mali ſunt, ſed defectu Angelicorum bo- m. Neque vero penitus expertes boni , quatenus ſunt, vivunt, intelligunt, il- e omnino ineſt quidam motus deſiderii: i autem dicuntur, quatenus in naturali one ſunt imbecilles. Depravatio igitur il- malum eſt, rerumque illis convenientium ertio, fruſtratioque, atque imperfectio, impotentia, facultatisque in eis perfectio- n conſervantis infirmitas, & abactio, & apſio. Quid vero præterea malum in dæ- nibus? Furor irrationalis, concupiſcentia nens, imaginatio præceps. Verum iſta, dæmonibus inſint, non tamen omnibus, ue etiam omnino ipſa per ſe mala ſunt.

Dæmones mali ſunt per defectum Angelicorum bonorum.

„Et-

„Etenim in aliis animabus non iſti
„ctio, ſed ejusdem privatio poti
„exiſtit animalium, & malum, ip
„ctio per ſuam habitudinem ſervat
„tuit naturam animalis, dum iſta
„itaque genus dæmonum exiſtit m
„tenus naturæ ſuæ reſpondet, ſ
„repugnat. Neque totum bonum
„conceſſum eſt, penitus everſum
„met a toto bono, quod iis tradit
Dæmones non perdiderunt vires naturales. „ciderunt. Neque dicimus Ange
„quas acceperant, penitus unqua
„mutatas, ſed etiamnum integras
„que conſpicuas: quamvis eas ipſi
„nant, quod videndi vires obſtru
„bus bona ſua poſſent intueri.
„ſint, & ex bono ſunt, & boni,
„bonumque appetunt, dum & eſſ
„& intelligere, quæ ſunt, deſide
„bonorum ipſis congruentium pr
„declinatione, atque prolapſione m
„tur, ſuntque mali ſecundum id
„ſunt, dumque id, quod non eſt
„malum appetunt.

An, & quid in animabus malum ſit. n. 24. 35. *Sexto.* „Verum animas
„dixerit? ſi quidem idcirco, quod
„de, ſalubriterque adſint, jam ho
„eſt, ſed bonum, & ex bono, m
„num facientis. Sin dixerimus, a
„vari, quo depraventur? niſi bona
„num, actionumque defectu, qu
„cillitate ſua devient, & aberrent
„Quare nec in dæmonibus, nec

eft, quafi malum fit res aliqua, fed ut
s, & carentia perfectionis bonorum
rum.

Septimo. „Verum nec in animalibus
nalum eft: Nam fi furorem, & con-
ntiam, cæteraque quæ dicuntur, fed
it fimpliciter fuapte natura mala, fu-
, leo quidem fortitudine, fuperbiaque
ita, leo effe defìnet: canis quoque fi
i fiat omnibus, non erit canis, cum
canis proprium fit, & domefticos ad-
, externosque repellere. Itaque na-
corruptio nequaquam malum eft, fed
rruptio, & imbecillitas, & defectio
turalium affectionum, tum actionum,
irtutum. Quodfi res omnes in tem-
r generationem fuam habeant perfe-
, imperfectio jam non erit in natura
i.

Nec in brutis malum eft. n. 25.

Octavo. „Sed neque in tota natura ma-
Si enim omnes rationes naturales
iatura univerfali, nihil jam eft illi con-
: fingulari vero naturæ aliud quidem
m naturam erit, aliud vero non erit
m naturam. Alii enim aliud eft con-
ram, quodque huic naturale, illi con-
ram eft. Naturæ vero vitium eft,
naturæ contrarium eft, eamque pri-
naturalibus. Non eft itaque natura
ed hoc naturæ malum eft, quod eam
item reddit, explendi ea, quæ funt
propria.

Nec in natura malum eft. n. 26.

,,corpus animæ non n
,,eo conſtat: Quoniam
,,tia poſſit alicui adhæ
,,patet: ſiquidem id
,,animabus, quam cor|
,,firmentur, & de boı
,,turbentur.

Nec in materia malum eſt. n. 28.

39. *Decimo.* ,,Sed
,,materia malum, ut a
,,eſt. Nam & ipſa pul
,,formæque ſit particep
,,his ſuapte natura ma
,,ſpeciemque obtinet,
,,quidquam agat, quæ
,,ut pati poſſit? Præteı
,,teria malum ſit? Si eniı
,,ve eſt, neque bonum,
,,vero quomodocunque
,,ſunt, ex bono ſunt, ı
,,no erit, atque ita ve
,,vel certe malum, quat
,,num erit, niſi forte

onem necessariam fuisse dicant, quomodo ateria malum sit? Aliud enim est malum esse, iud necessarium. Quomodo autem bonus liqua ex malo gignat? aut quomodo malum t id, quod bono necessarium est? nempe alum boni naturam fugit. Quomodo vero ateria naturam gignit, ac nutrit, si mala t? malum enim, qua parte malum est, nihil gnit, aut nutrit, efficitque, aut salvat. uodsi dicant, eam quidem in animabus matiam non progignere, sed ad malitiam eas istigare, quonam pacto id verum erit, cum c iis plurimæ bonum spectent. Atqui quoam pacto id fieri potuisset; si ad malum eas lateria prorsus inclinaret? Quamobrem mam in animabus non existit ex materia, sed c inordinato quodam, & peccante motu. uodsi dicant, eas omnino sequi materiam, tque materiam illam instabilem iis esse necesiriam, qui in semetipsis consistere non posint: quanam ratione malum sit necessarium? el quomodo id, quod necessarium est, sit ialum?

40. *Undecimo.* „Sed neque dicimus privaonem vi sua bono repugnare: nam omnimoa quidem privatio prorsus impotens est, par alis vero, non secundum quod privatio est, im habet, sed secundum quod non est omimoda privatio: si enim sit privatio boni paralis, nondum malum est, & si facta sit, jam tiam mali natura discessit. *Nec privatio per se mala est. n. 29.*

41. „Sed ut summatim dicam, bonum ex na, integraque causa existit, malum vero „ex *Bonum quid, & malum unde.*

„eſt, ex definita cauſ
„tem, ſi cauſæ ſit, &
„eſt ſecundum naturam
„rum natura, quod con
„in arte ratio eſt inſc
„malorum cauſa ſit,
„atque omnia, quibus
„replet? An vero bona
„ſed in actionibus ſuis
„vero aliter ſe habet
„etiam ejus malus eſt
„an ex cauſa bona, qua
„nium? Sed ſi ex ea,
„cundum eſſentiam? O
„boni ſunt. Sin per a
„immutabile, alioquin
„boniformis facta ſit?
„lum eſſe debilitatem q
„que a bono.

Bonorum una cauſa 42. „Bonorum cau
„lum eſt contrarium,

a, & indeterminata in aliis, atque aliis,
ie infinitis diversimode vagantur. Malo-
etiam omnium principium, atque finis
am est: boni enim causa sunt omnia, &
bona sunt, & quæ mala.

3. „Malo status tribuendus est per acci- *Malum est*
s & propter aliud, & non ex proprio prin- *per acci-*
o, ut, quod dum fit, rectum quidem esse *dens.*
atur, quia boni gratia fit, revera autem *n. 32.*
am non sit, quandoquidem id bonum opi-
ur, quod bonum non est. Ostensum est,
d esse, quod expetitur, & aliud, quod
ur. Malum itaque deflectit a via præter
ntionem, præter naturam, præter cau-
, præter principium, præter finem, ex-
terminum, extra voluntatem, extra sub-
tiam. Malum ergo privatio est, & defe- *Malum*
, & infirmitas, & inconcinnitas, & er- *quid, &*
& frustratio scopi, pulchritudinis, viæ, *quid possit.*
lectus, rationis, perfectionis, fundamen-
causæ; est interminatum, sterile, iners,
ecillum, confusum, dissimile, infinitum,
brosum, statu caret, ipsumque nullo pa-
ac nusquam, & nihil existit. Quomo-
ergo malum omnino possit aliquid permix-
e boni? . . . Non omnibus tamen omnia,
mnino eadem secundum idem mala sunt.
noni malum est, quod a bona mente de-
erit: animo, quod a ratione, corpori,
d a natura.

4. Præterea discutit: „Quomodo extante *Quomodo*
identia mala sint omnino: malum, qua *stante pro-*
am neque res, neque in rebus est. Nulla *videntia*
sint mala.

 „etiam *n. 33.*

„... evaluerunt, ad
„vatam, vel commu
„tia benigne utitur,
„conſulit. Quamobr
„rimorum nequaquan
„divinam Providentia
„tutem debere impell
„dentiæ, naturam vi
„quam Providentia, q
„ſervatrix ſit, libero
„ſe moventibus, & u
„do quodam univerſo,
„ſpicit, in quantum e
„tur, natura capit, u
„næ Providentiæ ben
„ſuo captu dantur.

Providentia rerum naturas inviolatas ſervat. Non lædit libertatem.

45. Denique oſtend
catum nempe: „ inſci
„ra vocat eos, qui cir
„poteſt, boni cognitio
„becilles ſunt, quique
„non faciunt, qui ...

Inſtitia peccatum quid. n. 35.

as, infirmitas est, & imbecillitas, & defe-
ıs sive scientiæ, sive liquidæ cognitionis,
e fidei, sive naturæ, sive desiderii, sive
erationis boni. Atqui dixerit non nemo, *Quid in peccato pœna dignum.*
firmitatem minime supplicium mereri, sed
diverso venia dignam esse: siquidem facul-
s non suppeteret, recte utique id diceretur.
n autem ex bono sit posse, quod juxta Scri-
uram omnibus omnino convenientia largi-
r, ex bona bonorum propriorum habitudi-
defectio, & perversio, & fuga, prolapsio-
ıe laudanda non sunt. Verum hæc in tra-
atu de justo, divinoque judicio satis a no-
s pro virili sunt exposita, in quo veritas
loquiorum sophisticas rationes, quæ injusti-
ım, mendaciumque Deo impingunt, tan-
ıam impias, & plane stolidas elisit.

Caput V.

Ente, in quo etiam de Exemplaribus.

„Modo transeundum est ad Theologicum *Nomen boni latius patet, quam Entis.*
„Nomen Entis vere existentis: de
notat S. Dionysius, quod minus late pa-
t, quam nomen boni. „Siquidem no-
en boni de Deo declarat omnes emana- n. 1.
ones auctoris omnium, & porrigitur hæc
ominatio Dei a bono tum ad ea, quæ sunt,
ım ad ea, quæ non sunt, estque supra ea,
uæ sunt, & supra ea, quæ non sunt. No-
ıen autem entis ad omnia, quæ sunt, ex-
enditur, ac supra essentias ipsas eminet. No-
ıen vero vitæ ad omnia viventia tenditur,
supra viventia est. Nominatio Dei a Sa-

P 4 „pien-

„qui est, universæ
„naturalis causa subst
„ctor entis, existentia
„naturæ. Principium
„rum, & temporum
„eorum, quæ sunt, te
„esse iis, quæ quomod
„tio quoquo modo ge
„ævum, & substantia,
„pus, & generatio, &
„quæ sunt, in iis, qua
„cunque modo existunt
„Deus enim non quovis
„pliciter, & infinite t
„complexus, & anticip
„Rex sæculorum nomin
„nes quem cujuslibet e
„in quo nec erat, nec
„neque fit, neque fiet
„est esse rebus, & non
„sed ipsum esse rerum e
„enim est ævum ævor

ium, ac causa is est, qui praeexistit, & esta ipsum participant. . . . Deus igitur m sit, ut consentaneum est, omnibus aliis gis principalis, ab antiquiore dono suo laudatur ut Ens. Siquidem prius esse, & excelltius esse cum prius habeat, & excellentius heat, prius fecit esse, quod est, ipsum inm per se esse, & per ipsum omne, quod modocunque est, existere fecit. Atqui pia eorum, quae sunt, omnia participant , & sunt, & principia sunt, & primum , & postea principia sunt.

Ens antiquissimum Dei donum est.

). Porro „ipsum per se esse, & rerum cipia, & omnia, quaecunque sunt, & , quomodocunque sunt, in Deo est inprehense, & copulate, & singulariter, ia *sunt ipsa divina essentia*) siquidem in ate omnis numerus uniformiter praeexi- , habetque unitas in seipsa singulariter em numerum, & omnis numerus in unum ulatus est; & in unitate est, & quanto ius ab unitate procedit, tanto magis ditur, & multiplicatur: sicut in centro omlineae circuli una copulatione simul exit, & parum ab eo distantes parum dividtur, magis autem distantes magis.

Ipsum esse, & omnia sunt in Deo unite.

9. „Imo etiam in Deo, ut omnium causa, quae sunt inter se contratria, uniformiter, opulate sunt: siquidem principium est re- , a quo tam ipsummet esse, quam omnia, quomodocunque sunt, omne principium, nis finis, omnis vita, omnis immortalitas, nis Sapientia, omnis Ordo. . . Omnis

Contraria etiam in Deo sunt unita. n. 7.

„discrepantia, omnis distinctio, on
„tio, & cætera quæcunque essendo
„universa insignit.

A Deo spiritus, & res omnes gradum essendi obtinent.
n. 8.

51. „Atque ex hac ipsa omnium
„intellectiles, & intelligentes deifo
„gelorum, animarumque essentiæ,
„mundi naturæ, & quæcunque,
„existere, vel cogitationem esse di
„Et omnes entitates tam esse, qua
„habent, & sunt, & bene sunt, d
„qui prius est, cum esse, tum ben
„nent, & in ipso & sunt, & bene s
„ipso incipiunt, & in ipso conserva
„ipsum terminantur. . . Ipsius est
„non ipse essentiæ; & in ipso est ex
„non ipse in existentia; atque ipsum
„stentia, vel non ipse habet existe
scilicet ut per existentiam sit) „sed i
„stentiæ substantificum principium
„dium, & finis. Atque ideo ab El
„vere præexistit, secundum omniu
„quæ sunt, cogitationem multipli
est in multis causis cernitur) „& in
„celebratur, erat, & est, & erit, i
„est, & fit, & fiet. (*nimirum secun
nem causæ*) „Quatenus Deus est
„orum, quæ modis omnibus sunt.
„obrem omnia de ipso, & simul di
„hilque est omnium, est omnis figu
„formæ sine forma, sine pulchritu
est supra pulchritudo) „principia &
„fines rerum solute, & abstracte in
„cipata habens, & omnibus pure ill

Deus est in omnibus exemte.

plendo, ut sint secundum causam unam, & unquam copulatam,, (*adinstar solis unici illuminantis, foventis &c.*) ,,potiori enim ratione concedendum est, in ipsiusmet solis, rerum omnium causa secundum unicam superessentialem copulationem rerum omnium exemplaria praeextitisse, quandoquidem haec ipsamet essentias producat secundum excessum essentiae. Exemplaria vero dicimus esse rationes in Deo substantificas rerum, & uniformiter praeexistentes, quas divinus sermo vocat praedefinitiones, & divinas, atque bonas voluntates rerum definitrices, & effectrices, secundum quas, qui est supra substantiam omnia, quae sunt, praedefinivit, & produxit. ,, Licet enim ideae sint in intellectu, tamen quia sine imperio voluntatis nihil operantur, nec officium ideae exercent, ideo eas S. Dionysius divinas voluntates vocat. *Exemplaria in Deo quid.*

52. Porro docet, illa, quae in rebus principaliora sunt, non esse exemplaria, sed exemplata, dicens: ,,Si autem vult Clemens Philosophus (*quem S. Clementem a S. Paulo memoratum putat esse S. Maximus*) ,,ad aliquid dici exemplaria, quae sunt in rebus principalia, progreditur quidem, cum sic loquitur, non per propria, & perfecta, & simplicia nomina; sed si concedamus etiam hoc recte dici, oportet meminisse Scripturae, quae ait, non ostendi illa tibi, ut eas post illa; sed ut per proportionem cognitionis eorum ad cognoscendam omnium causam, quoad possumus, adducamur. . . . *Exemplata in rebus.*

,,Quam-

„Quamobrem omnia quidem in se præ
„excellentia simplicitatis, quæ omnem n
„duplicitatem.

53. *Notat* in hunc locum S. Thomas, S. I
sium velle, per se esse, per se vita, per se
tia, & similia, quæ sunt principia, & cau
rum, quæ sunt, quæ sapiunt, non posse p
dici exemplaria: quia quorum sunt principi
fiunt, ut illa principia imitentur, sed fiunt,
illis impleatur, quod divina sapientia ordi
& quod erat in idea, seu exemplari divino.
sunt etiam perfecta exemplaria, cum ipsa ali
emplaribus indigeant. Nec sunt simplicia,
simul sunt exemplata. Observat item S. Ma
nonnullos gentiles dixisse, ideas, & exem
per se subsistere, quos S. Dionysius refutat
nisi ideæ simplices fuerint, & unitæ, cum si
tiones supraquam simplices supraquam sim
& uniti Dei, Deus foret compositus ex exe
ri, & seipso, & habiturus duplicitatem.

Quomodo Deus sit omnium principium, & finis. *n.* 10.

54. „Deus omnium igitur principium
„finis, qui rebus præexistit. Principium
„dem ut causa: finis vero, ut cujus caus
„finis omnium, atque infinitas omnis infi
„tis, & terminationis excellenter sicut o
„torum. In uno enim, ut sæpenumero di
„est, omnia, quæ sunt, præhabere, & e
„re fecit, præsens omnibus ubique; secu
„unum, & idem, & secundum idem o
„in omnia means, & in se manens, & i
„& se movens, & neque stans, neque
„vens, neque principium, vel finem, ve
„dium habens, nec est in quopiam eorum
20. Rurſus Tatianus Graecorum mimos, gladiatores, & ſpectacula falſiſſime exagitat, & 1. quidem in hiſtriones, mimos, & ludos ita invehit: „Quis non rideat ſolemnes veſtros, & „publicis peractos ſumptibus ludos, qui pravo- „rum daemonum occaſione celebrati homines „in ignominiam impingunt. Vidi ſaepenume- „ro quemdam, & cum viderem, miratus ſum, „& poſtquam miratus ſum, contemſi, ut qui „alius ſit intus, foris autem id, quod non eſt, „mentiatur. Hunc, inquam, vidi luxu valde „diffluentem, & mollitie omni fractum, ac mo- „do oculis rutilantem, modo manus huc, & „illuc verſantem, & lutoſo vultu inſanientem, „& nunc Veneri, nunc Apollini ſimilem, unum „omnium deorum accuſatorem, ſuperſtitionis „compendium, vituperatorem actionum heroi- „carum, caedium hiſtrionem, adulterii mon- „ſtratorem, & avaritiae, cynaedorum docto- „rem, occaſionem ſententiarum capitalium, „eundem tamen ab omnibus laudatum. Ego „autem illum omnia mentientem, ejusque im- „pietatem, & ſtudia, ac totum denique homi- „nem rejeci. . . Hiare nolo multis canenti- „bus, ab eo, qui innuit oculis, & movetur „praeter naturam, nolo me in eosdem affectus „vocari. Quid mirabile apud vos, aut egre- „gium peragitur? reſonante naſo turpia loquun- „tur, moventur indecore, & dum in ſcena n. 22.

[illegible]

[illegible]

,,[illegible]
,,th[illegible]
,,t[illegible]
,,p[illegible]
,,vo[illegible]
,,o [illegible]
,,al[illegible]
,,v[illegible]
,,e[illegible]
,,h[illegible]
,,tr[illegible]
,,e[illegible]
,,n[illegible]
,,d[illegible]
,,f[illegible]
,,t[illegible]
,,n[illegible]
,,[illegible]
,,[illegible]
,,[illegible]

„rinos circumferunt; ac nullius quidem sese s. 25.
„dicunt egere, sed tamen Protei more coria-
„rio indigent propter peram; textore propter
„vestem: lignario propter baculum, divitibus
„propter ingluviem, & coquo. O canis æmu-
„lator homo! Deum ignoras, & ad belluarum
„imitationem declinas, qui publice clamas non
„sine quadam hominis haud egeni confidentia,
„ulcisceris te ipse, ac nisi accipias, conviciaris,
„tibique fit ars lucrandi Philosophia. Platonis
„decreta sequeris? Ecce tibi Epicureus Sophi-
„sta palam, & aperte adversatur. Rursus Ari-
„stotelem vis sectari; tibique Democriti secta-
„tor aliquis conviciatur. Pythagoras Euphor-
„bum se fuisse ait, & Pherecydis doctrinæ est
„hæres. Aristoteles animæ immortalitatem
„exagitat. Vos autem, qui tumultuosas ha-
„betis dogmatum successiones, discordes cum
„concordibus pugnatis. Est, qui Deum cor-
„pus esse dicat; ego incorporeum; mundum
„esse indissolubilem, ego dissolvendum: con-
„flagrationem variis temporibus evenire; ego
„semel eventuram: judices esse Minoem, &
„Rhadamanthum, ego Deum ipsum: solam
„animam immortalitate donari, ego carnem
„quoque cum anima. Quid vos lædimus o
„Græci, aut cur eos, qui Verbum Dei sequun-
„tur, tamquam scelestissimos odistis? carnem
„humanam non edimus; falsi testes estis, qui
„edocti estis, ut id diceretis. Apud vos fit
„Pelops deorum cæna, quamquam a Neptuno
„amatus; Saturnus filios devorat; Jupiter
„Metim deglutit.

 22. De-

[illegible] pro
[illegible] veniat. vel
[illegible] quær [illegible]
[illegible] agatur. ignor
[illegible] deciditi
[illegible] librorum vestror
„qui eos legunt. Dana
„tempus dividitis, al
„dicentes, aliud præ
„Quomodo enim futur
„ens adest; sed que
„præterlabente nave pu
„tes currere; ita & v
„quidem prætercurrere
„quamdiu illud esse vo
„Cur sapientiam apud
„cum nec alium solem,
„tus, nec generatione
„mortem præter cæteros
„beatis? Initium nugar
„matici. & qui sapien
„sapientia abscissi estis.
„na hominibus attribuis
„ignoratis. dum autem

„ciem a ratione alienam; nam in publico cum „pompa inceditis, ſermones autem (*ſeu Philoſophiæ myſteria*) „in angulis occultatis. Miſ-„ſos vos fecimus, cum tales cognoſceremus. . . „Cur enim, o bone, litterarum bellum excitas, „& earum pronuntiationes tanquam in pugilla-„tu attice balbutiendo collidis, cum te magis „apte ad naturam loqui deceret? nam ſi, cum „Athenienſis non ſis, ſermonem Atticum affe-„ctas, dic mihi, cur non Doricum? cum al-„ter tibi barbarus videtur, alter ad colloquia „hilarior. Quodſi te iſtorum tenet eruditio, „cur mihi dogmatum, quæ mihi placent, opi-„niones eligenti bellum indicis? . . . Quid „mihi auctor es, ut meum inſtitutum mentiar, „& qui mortem a te contemni dictitas, cur „hortaris, ut eam aſtu declinem? At ego cor „cervi non habeo, veſtra autem litterarum ſtu-„dia loquaciſſimum Therſitem imitantur. Quo-„modo credam dicenti, ſolem eſſe maſſam igni-„tam, lunamque terram? Hæc enim verbo-„rum pugna ſunt, non veritatis illuſtratio. . . „Quid enim prodeſt ſtylus Atticus, & Philo-„ſophorum Sorites, & Syllogiſmorum proba-„bilitates, & terræ menſuræ, & aſtrorum po-„ſitiones, & ſolis curſus? Ejusmodi enim quæ-„ſtionibus occupari hominum eſt ſibi dogmata „inſtar legis imponentium. Quapropter veſtras „quoque legum inſtitutiones contemſi: unam „enim oportebat eſſe, & communem omnium „vivendi normam; nunc autem quot civitates, „tot legum inſtitutiones, ita ut quæ apud non-„nullos turpia ſunt, apud alios ſint præclara. „Græcis nimirum fugiendum videtur, ne quis

Christiani has nugas merito rejiciunt. n. 27.

Nec leges Græcorum probandæ. n. 28.

n matre conjungatur; at id praeclarissimum
ud Persarum magos institutum. Puerorum
or a barbaris damnatur; a Romanis autem
erogativa donatur.

3. „Haec cum vidissem, ac praeterea my-
iorum particeps factus, varias ubique Reli-
nes, quae quidem ab effaeminatis, & an-
gynis procurantur, explorassem; cumque
erissem, Latiarem apud Romanos Jodem
ore humano, & sanguine ex homicidiis
ctari. Dianam non procul Megalopoli
iles actiones profiteri, & aliorum alibi dae-
num molitione multa nefarie fieri; ut me
collegi, quomodo verum invenire possem,
uisivi; cumque animum per optima quae-
versarem, forte in quosdam barbaricos
os incidi, antiquiores, quam ut cum Grae-
um, diviniores, quam ut cum eorum er-
bus conferri possint. Usu mihi venit, ut

„exui, & nudari. Nequitiæ enim naturam „minimorum feminum naturæ fimilem effe fci„mus, quippe cum ex parvis momentis ifte „(*diabolus*) corroboretur, rurfus tamen dif„folvendus, fi verbis Dei fidem adjungamus, „nec nos ipfi diffipemus &c.

24. Ad alteram jam nunc Tatianus partem *Pars II.*
progreditur dicens: „Nunc autem convenire *Christia-*
„arbitror, ut Philofophiam noftram Græcorum *næ Philo-*
„difciplinis antiquiorem effe demonftrem. Ter- *sophiæ an-*
„mini nobis erunt Mofes, & Homerus, quod *tiquitas:*
„uterque fit vetuftiffimus, & ifte quidem Poe- *Homeri*
„tarum, & Hiftoricorum antiquiffimus; hic *ætas.*
„autem barbaræ omnis fapientiæ Princeps. *n.* 31.
„Eos ergo in comparationem vocemus: noftra „enim reperiemus non folum Græcorum difci„plinis, fed etiam litterarum inventione anti„quiora. Teftes autem non domi affumam, „fed potius Græcis utar adjutoribus: alterum „enim infulfum, quia ne admittendum quidem „a vobis eft; alterum vero admirabile oftendi„tur, fi veftris vobifcum armis pugnans, non „fufpecta a vobis argumenta defumam. Nam „de Homeri Poefi, ejusque genere, & tempo„re, quo floruit, inveftigarunt antiquiffimi, „Theagenes Rhegius, qui regnante fuit Cam„byfe &c. . . . Ex his Crates Homerum ante „Hereclidarum reditum floruiffe ait intra an„nos poft bellum Trojanum octoginta: Erato„fthenes poft annum centefimum ab Ilio capto; „Ariftarchus circa Jonicam migrationem, quæ „poft Troica annis 140. contigit. Philochorus „poft Jonicam migrationem Archone Athenis

„Ar-

chippo annis post Iliaca 180. Apollodorus
t Jonicam profectionem annis 100. id est
 Iliaca an. 240. Quidam illum ante Olym-
des vixisse dixerunt annis 90. id est post
jam captam 317. Alii tempus infra dedu-
t, & Homerum Archilogo æqualem fuisse
unt; floruit autem Archilogus circa Olym-
dem 23. tempore Gygis Lydi annis a bello
jano 500. Atque hæc quidem a nobis de
meri ætate, ac eorum, qui de ipso locuti
, dissensione satis multa licet breviter di-
sint: falsi enim argui possent, & quæ de
os ipsis feruntur opiniones; ubi enim tem-
um descriptio non cohæret, nec vera esse
st historia. Quid enim causæ est, cur in
bendo erratur, nisi quia non vera compo-
tur.

5. „Apud nos autem nec inanis gloriæ cu-
tas, nec varietas sententiarum: remoti

„bello adæquare conetur, qui autem apud nos „cum ſenectute luctantur, & res divinas per„tractant, irrideri? Quis vos non rideat, quod, „dum Amazones, & Semiramin, & nonnullas „alias dicitis bellicoſas exſtitiſſe, convicium „noſtris Virginibus faciatis? Adoleſcens erat „Achilles, & admodum generoſus fuiſſe credi„tur. . . . Quicunque philoſophari apud nos „volunt, eos ex vultu non probamus, nec de „accedentibus judicium ex ſpecie, & habitu „facimus; nam robur animi omnibus ineſſe „poſſe cenſemus, quamvis infirmis ſint corpo„ribus: veſtra autem invidiæ plena, ac plurimæ „ſocordiæ... Nam qui nos inter mulieres, & ado„leſcentes inter virgines, & anus nugari dicitis, „& quia vobiscum non ſumus, irridetis, quid „nugarum ferant res Græcorum, audite. Nu„gantur enim eorum artes, dum majori in pre„tio ſunt, quam veſtri dii, & circa Gynecæum „indecore vos geritis. Praxillam enim, quæ „nihil utile carminibus dixit, æream fecit Ly„ſippus. . . Sappho meretricem Silanion &c. „ . . . Has recenſere volui, nequid novi apud „nos exiſtimetis fieri, atque ut obverſantia ocu„lis monumenta comparantes, eas, quæ apud „nos philoſophantur, non irrideatis. Ac Sap„pho quidem meretrix, & impudica muliercu„la, ac ſuam ipſius laſciviam canit: at omnes „pudicæ apud nos ſunt, & circum cola Virgi„nes multo præclarius, quam veſtra illa puel„la, divina oracula pronuntiant. Quapropter „pudere vos debet, quod ipſi quidem mulier„cularum diſcipuli ſitis, mulieres autem inſti„tuto noſtro addictas cum ſolemnibus, quas „illæ

Mulieres Christianæ Philoſophia imbutæ male irridentur.

n. 33.

Græci ſtatuas meretricibus ponunt.

obeunt, conventibus exagitetis. „ Hic
nus ſtatuas meretricibus, & improbis
hominibus poſitas, & a celebrioribus ſta-
s Nicerato, Praxitele, Eutychrate, Di-
ne, Myrone, Herotodo, Olynthio, Bry-
Lyſiſtrato, Polyſtrato &c. fabrefactas
cis, & gentilibus exprobrat, & tandem
udit. „Satius erat omnibus ejuſmodi re-
amandatis, quæ vere præclara, & ho-
a ſunt, quærere; „ & poſtquam ſe om-
, quæ Græcis objecit, oculatum teſtem
ixit, pergit: „Vale ergo dicto, & Ro-
orum jactantiæ, & frigido Athenienſium
oni, male ſartis opinionibus, barbaram
ram Philoſophiam complexus ſum, quæ
modo veſtris inſtitutis antiquior ſit, cum
ere inceperim, ſed propter inſtantem nar-
nem diſtulerim, nunc cum tempus eſt,
llius decretis diſſerere inſtituam. Ne er-
ſtomachum vobis faciat eruditio noſtra.

cerdos, qui Alexandro æqualis fuit, & ter- n. 36.
tio post eum Antiocho historiam Chaldæorum tribus libris inscripsit, ac res gestas Regum exposuit, quemdam ex eis commemorat nomine Nabuchodonosor, a quo suscepta in Phænices, & Judæos expeditio. Hæc a Prophetis nostris prædicata scimus, ac multo quidem Mosis ætate serius contigisse, annis videlicet ante Persarum imperium septuaginta. Est autem Berosus longe doctissimus Scriptor, cujus rei argumentum est, quod Juba de rebus Assyriorum scribens, historiam se a Beroso didicisse declarat. Scripsit autem libros duos de rebus Assyriorum.

27. *Secundo.* Antiquitatem Mosis probat *Prob. ex*
ex Phœnicibus, nam „exstiterunt apud eos *Phœnici-*
tres viri, Theodotus, Hypsicrates, Mochus: *bus.*
horum libros in græcam linguam convertit n. 37.
Læthus, qui & vitas Philosophorum accurate conscripsit. In his autem historiis narratur sub quodam Rege raptus Europæ, Menelaï in Ægyptum adventus, ac res etiam a Chiramo gestæ, qui filiam Salomoni Judæorum Regi in matrimonium dedit, ac omne lignorum genus ad templi constructionem suppeditavit. Eadem scribit Menander Pergamenus. At Chirami quidem ætas Iliacis rebus vicina est: Salomon autem Chiramo æqualis multo recentior est Mosis ætate.

28. *Tertio.* Eandem Mosis antiquitatem *Prob. ex*
ostendit ex Ægyptiis: „Sunt enim Ægyptio- *Ægyptiis.*
rum tempora accurate descripta, rerumque n. 38.
apud eos gestarum interpres est Ptolemæus,

„non

n ille quidem Rex, ſed Sacerdos Mende-
s. Is Regum res geſtas exponens Judæos
Amoſe Ægyptiorum Rege ex Ægypto in
quæ occuparunt loca, duce Moſe profe-
tos eſſe teſtatur, ſic autem loquitur: *Amo-
autem erat æqualis Inacho Regi.* Poſt hunc
pion Grammaticus, Vir doctiſſimus, in
arto Ægyptiacorum, ſunt enim quinque
us libri, inter alia multa teſtatur, Avarim
rtiſſe Amoſin Archivo Inacho æqualem,
in annalibus ſcripſit Ptolemæus Mendeſius.
mpus autem, quod Inacho ad Ilii excidium
uxit, ætates implet viginti, idque hoc
do demonſtratur. Hi fuerunt Archivorum
ges Inachus, Pharoneus, Apis, Criaſis,
opas, Argius, Phorbas, Crotopas, Ste-
aus, Danaus, Lynceus, Proetus, Abas,
riſius, Perſeus, Stenelaus, Euryſtheus,
eus, Thyeſtes, Agamemnon, cujus Reg-
nuo decimo octavo capta eſt Troja. De-

„scriptæ, ac notæ fuerunt; nimirum etiam „post Mosem: nam Phoroneo, qui successit „Inacho, Ogyges apud Athenienses æqualis „fuit, sub quo primum diluvium contigit: „Phorbanti autem Actæus, a quo & Actæa „dicta Attica regio: Triopæ Prometheus, & „Epimetheus, & Atlas, & Cecrops ille Di- „phyes, & Jo. Sub Cecrope Phaetontis in- „cendium, & Deucaleonis diluvium: sub Sthe- „nelo Regnum Amphyctionis, Danai in Pelop- „ponesum adventus, & Dardania a Dardano „condita, & Europæ ex Phœnicia reditus: „sub Lynceo Proserpinæ raptus, templi in „Eleusine constructio, Triptolemi agricultura, „Cadmi Thebas adventus, Minois Regnum. „Sub Præto Eumolpi bellum adversus Athe- „nienses: sub Acrisio Pelopis ex Phrygia de- „scensus, & Jonis Athenas adventus, quem- „admodum & Cecrops secundus, & Persei, ac „Bacchi res gestæ, & discipulus Orphei Mu- „sæus: sub Agamemnonis Regno captum „Ilium.

29. „Ex his perspicitur, Mosem vetustio- „rem Heroibus, & bellis, & dœmonibus „(diis) antiquiorem esse. Quamobrem cum „antiquitate præstet, credendum ei potius, „quam Græcis, qui ex fonte hauserunt, non „grato animo, illius dogmata. Multi enim „apud eos Sophistæ, cum curiosius indaga- „rent, quæcunque a Mose, & ab iis, qui „similiter, ac ille philosophati, cognoverunt, „ea adulterare conati sunt; primum quidem, „ut aliquid proprie suum dicere viderentur; „deinde ut quæ minus intellexerunt, ea di- „ser-

Mosi ut antiquiori credendum. n. 40.

[redacted]

„pientes, demonstrationem instituam. Minos
„enim, qui in omni Sapientiæ genere, ac pru-
„dentia, ac legum institutione præivisse existi-
„matus est, sub Lynceo Danai Successore ex-
„stitit, undecima post Inachum ætate. Ly-
„curgus multo post captum Ilium natus, annis
„centum ante Olympiades Lacedæmoniis leges
„præscribit. Draco circa trigesimam nonam
„Olympiadem reperitur extitisse. Solon circa
„quadragesimam octavam: Pythagoras circa
„sexagesimam secundam. Olympiades autem
„annis post Iliaca septem, & quadringentis in-
„stitutas demonstravimus. Sed his ita demon-
„stratis non jam multa & de septem sapien-
„tum ætate adscribimus: nam cum horum an-
„tiquissimus Thales circa Olympiadem quin-
„quagesimam floruerit, ea etiam, quæ ad mi-
„nores natu pertinent, fere a nobis compen-
„diose dicta sunt.

31. „Hæc vobis, o Græci! ego Tatianus
„barbaræ Philosophiæ addictus composui, na-
„tus in terra Assyriorum, ac primum quidem
„vestris disciplinis imbutus, deinde illis, quas
„me profiteor prædicare. Jam vero cum no-
„verim, quis sit Deus, & quod ejus opus,
„paratum me vobis ad examen dogmatum ex-
„hibeo, manente mihi citra inficiationem co-
„lendi Dei ratione.



 ATHE-

ATHENAGORÆ

ENIENSIS PHILOSOPHI CHRISTIANI, LEGATIO PRO CHRISTIANIS.

§. I.

De Geftis, & Scriptis Athenagoræ.

Athenagoram Athenienfem, & Philofophum fuiffe titulus operum illius indicat. De rebus ab eo geftis nihil fere
at, çum ejus etiam nomen vix non obli-
eleverit. Eum Scholæ Alexandrinæ præ-
, eique in hoc munere Clementem fuum
ulum fucceffiffe, probare conatur Dodwel-
x teftimonio Philippi Sidetæ, quem refu-
. Maran in præf. op. S. Juft. Athenago-
eumdem effe, ac S. Athenogenem Marty-

a Petro Nannio adornata Parisiis: an. 1541. & Basileæ an. 1550. & 1552. a Gelenio prodiit, Legatio, seu Apologia versa a Conrado Gesnero an. 1557. Tiguri: a Joanne Lango Basileæ an. 1565. Et a Suffrido Petri Coloniæ an. 1567. edita fuit. Utrumque Opus in Bibliotheca Patrum variis locis excusa prodiit. Aliam Editionem cum notis adornavit Eduardus Dechari Oxonii an. 1706. & novissime D. Prudentius Maran O. S. B. Parisiis an. 1742. quæ Venetiis an. 1747. recusa fuit, & illa etiam in hac Analysi usi sumus. Vid. præf. ejus; item D. Dupin, & Tillemontium &c.

§. II.

Argumentum Legationis.

1. Legationem Athenagoræ oblatam fuisse M. Aurelio, ejusque filio Commodo an. 177. Baronius, Petavius, & Tillemontius existimant. Contra Labbæus, Pagius, & Dodwellus Imp. M. Aurelio, & Lucio vero inscriptam contendunt, Dodwellus an. 168. Pagius vero an. 166. Baronii, & Tillemontii sententiam probat prælaudatus R. P. Maran, qui tamen eam an. 176. Imperatori oblatam putat, & non tantum privatim conscriptam, ut Bælus in Lexico Hist. male contendit. Justinum superat Athenagoras expolito dicendi genere, ordinis venustate, & peracutis ad captandam benevolentiam circuitionibus. Queritur in hac Legatione, seu Apologia, quod sub æquissimis Imperatoribus Christiani justitiam consequi non possint, & deinde affictа Christianis crimi-

Atheismum, Thyesteas cœnas, Oedipo-
concubitus ab iis alienissima esse de-
rat.

§. III.

Analysis hujus Legationis.

thenagoras Legationem suam, seu Apo-
logiam pro Christianis inscribit: „Impe-
ribus Marco Aurelio Antonino, & L. Au-
Commodo, Armeniacis, Sarmaticis, &
d maximum est, Philosophis. „ Deinde
ueritur, quod Christiana Religio, idem
, ac aliæ Religiones, seu potius supersti-
s obtinere non possit, dicens: „Vester or-
, maximi Reges, aliis alibi moribus uti-
; nec quisquam lege, aut judicii metu
ria instituta, etiamsi ridicula fuerint, di-
ere prohibetur: sed Iliensis Hectorem Deum
it, & Helenam colit, Adrastiam illam esse

nino Deum arbitrari, impium, & nefa-
n, deos autem, quos quisque voluerit, co-
e necessarium judicantes, ut numinis me-
abstineant maleficio. Nostrum autem no-
n (ne quaeso, ut vulgus solet, ipso audi-
offendamini) cur odio habetur? Non enim
nina odio digna, sed malefactum poena,
supplicio. Quapropter lenitatem vestram,
mansuetudinem, & in omnes placabilita-
i, ac humanitatem admirantes, singuli qui-
n aequo jure vivunt, civitates autem pro
quaeque dignitate aequabilem honorem
iuntur, ac universus orbis prudentiae ve-
e beneficio summa pace perfruitur: Nos
em, qui Christiani dicimur, quia non etiam
is providetis, sed nihil agentes mali, vel
ius omnium, ut patebit, sanctissime, &
uissime de Deo, ac de imperio vestro sen-
ates, exagitari, rapi, & vexari sinitis, ple-
que bellum nobis ob solum nomen inferen-
is: Nos inquam ipsi res nostras in lucem
ferre ausi sumus (docebit autem vos ora-
praeter fas, & praeter legem omnem, &
onem haec nos pati) ac vos obsecramus,
& de nobis aliquid cogitetis, quo tandem
uando a Sycophantis mactari desinamus,
que enim ad pecunias spectat inimicorum
uria, nec ad mulctam ignominia, nec ad
d quidpiam rei majoris illata damna: haec
n contemnimus, quamvis studio multis
na videantur &c. Sed corporibus, ac vi-
nostrae insidiantur, criminum acervum in
effundentes, quae nobis quidem nec cogi-
ione tenus, his autem, qui haec effutiunt,

Athenagoræ

llorum similibus inhærent. . . Quod igi-
commune jus est omnibus, nos quoque po-
amus, ut nequaquam odio habeamur, &
iamur, quia dicimur Christiani, quid enim
nomen ad nequitiam affert ? sed judice-
r, de quocunque quis vocaverit, ac vel ab-
amur refutato crimine, vel convicta im-
pitate puniamur: non propter nomen, ne-
enim Christianus improbus, nisi doctri-
n hanc simulate profiteatur, sed propter
nen. . . Nobis quoque servetur hæc juris
uabilitas, inquiratur in vitam reorum, no-
n crimine omni exsolvatur. Necessarium
em mihi est, . doctrinam nostram defende-
ncipienti, vos maximi Imperatores, ora-
ut æquis animis audiatis, nec communi
ratione alieno rumore abrepti præoccu-
nini, sed vestrum doctrinæ, ac veritatis
lium nostris quoque rebus concedatis.

„dam lege, & contraria divina quadam lege „inter se pugnent: si nihil horum a nobis ad- „mitti vos testes estis, qui nomen nostrum de- „ferri vetatis; vestrum jam fuerit de moribus „nostris, de doctrina, de nostro in vos, ac „domum vestram, & Imperium studio, & ob- „sequio inquirere, ac nobis tandem aliquando „non amplius juris, quam inimicis nostris con- „cedere: vincemus enim eos, ut qui nostram „etiam pro veritate vitam libenter profun- „damus.

5. „Quod igitur spectat ad impietatis (*Atheismi*) „crimen, quod immerito nobis „affingitur, Diagoram quidem merito atheum „judicabant Athenienses, qui non solum Or- „phica verba proferebat in medium, ac Eleu- „sinia, & Cabirorum mysteria vulgabat, ac de „statua Herculis secabat, ex quo rapas suas „coqueret, sed etiam Deum omnino non esse „palam, & aperte pronuntiabat. Nobis au- „tem, qui Deum a materia disjungimus, & „aliud quidem materiam, aliud vero Deum „esse, ac plurimo utrumque intervallo distare „demonstramus (Deum enim increatum, & „æternum esse, ac sola mente, & ratione cog- „nosci posse; materiam autem creatam, & cor- „ruptioni obnoxiam) nonne immerito Atheo- „rum nomen imponitur? nam si idem, ac Dia- „goras sentiremus, cum tot, ac tanta habea- „mus Dei colendi pignora, ratum ordinem, „perpetuum concentum, magnitudinem, co- „lorem, figuram, descriptionem mundi; me- „rito in Atheismi crimen, & in capitis judi-

Christiani non esse A.theos prob. n. 4.

m vocaremur: sed quia doctrina nostra
um Deum agnoscit, qui ingenitus ipse,
uod enim est, non fit, sed quod non est)
nia per Verbum suum fecit, utrumque
eter rationem patimur, ut & male audia-
s, & vexemur. „ Eandem unitatem Dei
enagoras etiam Poetas cognovisse, quin
Atheis haberentur, probat ex Euripide,
ex operibus in æthere, & terra manifestis
n Deum cognosci docet, dicens: *Videsne*
nem hunc, qui immensum æthera, ulnisque
m humidis circum tenet. Et ex Sophocle
nte: *Unus profecto est, unus est tantum Deus,*
atque terræ conditor latissimæ. Philosophi
iter absque nota Atheismi unum tantum
m assumpserunt. „ Philolaus Deum unum
e, & supra materiam esse demonstrat. Ly-
vero, & Opsimus Deum definiunt, alter
dem numerum non enarrabilem, alter autem
cuo maximus numerus proximum sibi nu-

„*rum ego Opifex, & Pater operum, quæ dissolvi* „*non possunt me nolente. Quidquid autem vinctum* „*est, solvi potest.* Si igitur non Atheus Plato, „unum Opificem omnium intelligens ingenitum „Deum, neque nos Athei, a quo omnia per „Verbum creata sunt, & cujus Spiritu conti- „nentur, eum agnoscentes, & tenentes Deum. „Aristoteles, & qui eum sequuntur, unum ag- „noscentes, veluti compositum quoddam ani- „mal ex corpore, & anima constantem indu- „cunt Deum, corpus illius assignantes fixa- „rum Sphæram, quæ in orbem moventur, ani- „mam vero rationem, quæ corporis motui præ- „est, ipsam quidem minime mobilem, sed effi- „cientem, ut illud moveatur. Stoici etsi se- „cundum materiæ mutationes, per quam Dei „Spiritum dicunt permeare, Deum nomini- „bus multiplicant, revera unicum statuunt „Deum: nam si Deus ignis est artificiosus ad „mundi generationes via progrediens, ac se- „minales omnes rationes, secundum quas om- „nia fato eveniunt, in se complectens: si ejus „Spiritus totum mundum pervadit, unus est „secundum illos Deus, qui Jupiter vocatur pro „fervida materiæ parte, Juno pro aere, & aliis „nominibus designatur, pro singulis materiæ, „quam permeat, partibus.

6. Ex his infert Athenagoras: „Cum igi- „tur unum esse Deum, ut plurimum, vel in- „viti fateantur omnes, ubi ad universorum prin- „cipia venerunt, cumque nos eum, a quo hæc „universitas ornata est, Deum esse confirme- „mus; quid causæ est, cur istis impune de *Christianorum de uno Deo sententia melior. n. 7.*

„Deo

dicere, quod libuerit, & ſcribere liceat; is autem poſita ſit lex, qui, quod & in- gimus, & recte credimus, unum eſſe um, id veritatis ſignis, & rationibus de- nſtrare poſſumus: nam Poetæ & Philoſo- ut res alias, ita hanc quoque conjiciendo gere, ex quadam divini flatus cognatione a quisque mente impulſi, ut tentarent, verum invenire, & intelligere poſſent. tantum in eis facultatis minime inventum ut rem inveſtigatione aſſequerentur: quip- cum de Deo non ab ipſo Deo, ſed a ſe sque diſcendum ſibi eſſe exiſtimaſſent; unde m alius aliud ſtatuit, & de Deo, & de teria, & de formis, & de mundo. Nos em eorum, quæ perſpicimus, & credimus, es habemus Prophetas, qui Divino Spiritu ti de Deo ac rebus divinis pronuntia- t &c.

,plent, unum ex se efficiunt, ita Deus unus
,est. Verum quidem illud est, Socratem, qua-
,tenus genitus, & corruptioni obnoxius est,
,compositum esse, & divisum in partes; Deus
,autem cum ingenitus sit, & perpessionis, ac
,divisionis expers, non sane constat ex parti-
,bus. Si vero seorsim quisque fuerint, cum
,mundi creator supra mundum sit, & circa ea,
,quæ condidit, & creavit, alter, aut reliqui
,ubi erunt ? nam si mundus, cum sit rotun-
,dus, cœlestibus sphæris concluditur : mundi
,autem conditor Deus supra opera sua versa-
,tur ad eorum providentiam advigilans, quis
,erit alterius Dei aut cæterorum locus ? ne-
,que enim in mundo, cum sit alterius, neque
,circa mundum : supra enim hunc mundum
,conditor Deus. Si vero neque in mundo est,
,neque circa mundum (totus enim ille circui-
,tus ab opifice occupatur) ubinam est ? supra
,mundum, & Deum ? in alio mundo, aut circa
,alium ? Sed si in alio est, vel circa alium,
,non jam circa nos est : neque enim mundi do-
,minatum tenet, nec potestas ejus magna est,
,cum in circumscripto loco versetur. Quodsi
,neque in alio mundo est (omnia enim ab isto
,implentur) neque circa alium (omnia enim
,ab isto tenentur) jam profecto nullus est, cum
,nihil sit, in quo versetur. Aut quid faciet,
,si ab alio mundo teneatur ipse supra condito-
,rem mundi, nec tamen in mundo, aut circa
mundum versetur ? sed estne aliud quidpiam,
in quo stare possit ? Verum quis erit iste lo-
cus, cum ab opifice, quæ sunt supra mun-
dum, impleantur ? Num etiam providet ? ni-
,,hil

„Quid ig
„*comparab*
„rursus :
„*& praete*
„*fuit Deu*
„*Deus , E*
„v. 10. E
„*hi thronus*
„*rum.* Q
„*locus requi*
„ipsos libro
„cula , ut c
„bis propulf

Christiani Patrem, & Filium, & Spiritum S. colunt. 8. „Sati
„Atheos no
„& æternum
„impassibilem
„potest , qui
n. 10. „tur , ac luc
„potentia no

„nihilo meliores hominibus inducunt deos, ita „de Deo, & Patre, aut de Filio sentimus; sed „est Filius Dei Verbum Patris in idea, & ope„ratione, (*a*) ab eo enim, & per eum facta „sunt omnia, cum Pater & Filius unum sint. „Cum autem Pater sit in Filio, & Filius in „Patre unitate, & virtute spiritus, mens & „Verbum Patris est Filius Dei Quodsi vobis „pro summa vestra intelligentia inquirere „subeat, quid sibi velit Filus; dicam breviter, „primam esse Patris progeniem, non quod fa„ctus sit, ab æterno enim habebat Deus in „seipso Verbum, utpote ab æterno rationalis, „sed quod prodierit, ut omnium materialium „rerum, quæ instar informis naturæ, & iner„tis terræ, partibus crassioribus commixtis „cum levioribus, jacebant, idea & actus fo„ret. (*b*) Hæc sanctus ipse Spiritus confir„mat: *Dominus enim*, inquit, *condidit me initium „viarum ejus ad opera ejus*. Prov. 8. v. 22. At„que ipsum illum Spiritum sanctum, qui in Pro„phetis operatur, effluentiam Dei esse dicimus „emanantem, & redeuntem, veluti radium so„lis. (*c*). Quis igitur non miretur, cum atheos „vocari audiat eos, qui Deum Patrem, & Fi„lium Deum, & Spiritum S. asserunt, ac eo„rum, & in unione potentiam, & in ordine „distinctionem demonstrant? Neque his ta„men Theologiæ nostræ ratio continetur, sed „& multitudinem Angelorum, & ministrorum „agnoscimus, quos creator, & opifex mundi „Deus distribuit, & ordinavit, ut circa ele„menta cœlos, mundum, & quæ in eo sunt, „eorumque temperationem versarentur. (*d*).

(*a*) Pe-

Petavius ex illis verbis, *in idea & operatione*, nmerito accusat Athenagoram, quod Verbum um Patre usque ad mundi creationem confundat: am dictas voces Athenagoras ipse explicat, & stendit Dei Filium esse Verbum Patris in idea, & eratione, quia secundum ipsum, & per ipsum nnia creata sunt: adeoque declarat Verbum esse ersonam Patri æqualem, utpote quæ omnes Patris eas possideat, & æque ac Pater omnipotens sit.

Ex illo verbo, *prodierit*, nullo modo inferri potest, od Verbum tunc productum fuerit, cum mundus eatus est; nam Athenagoras ideo omnia per Fim creata esse dicit, quia Pater, & Filius unum nt: quia una in utroque est Divinitas, quæ jam te mundi creationem erat. Hinc non ait tunc erbum productum esse, sed prodiisse, ut idea, & fectio foret rerum creandarum, & ejusdem verbi ernitati consulit dicens: *ab æterno enim Deus bebat in seipso Verbum*; ac proinde & ipse Pater Verbo.

Athenagoras dum Spiritum S. *emanantem & reuntem* dicit, Sabellianismi argui nequit: idem

9. Postremo Athenagoras Christianos atheos non esse ex vivendi præceptis, & ratione illorum ostendit, nam „Quænam igitur „sunt, ait, illa placita, in quibus enutrimur? „*Dico vobis, diligite inimicos vestros, benedicite* „*maledicentibus, orate pro persequentibus vos &c.* „Matth. 5. v. 44. Per vos hoc loco mihi li„ceat, ut apud reges Philosophos causam di„centi, in sermonem magno clamore exaudien„dum liberius erumpere. Quinam enim vel „ex iis, qui syllogismos resolvunt, & ambigue „dicta resolvunt, & voces, unde dictæ sint, „explanant, vel ex iis, qui homonyma, & sy„nonima, ac prædicamenta, & axiomata, & „quid sit subjectum, quid prædicatum, docent, „atque his, & aliis sermonibus beatum audi„torem facturos pollicentur: quinam, inquam, „ex iis ita puri, & insontes vivunt, ut inimicos „non modo non oderint, sed etiam diligant, ac „iis, qui priores maledixerunt, non modo non „maledicant, quod tamen moderatissimum vi„deretur, sed etiam benedicant, ac pro iis „precentur, qui ipsorum vitæ insidiantur? At „contra nunquam desinunt malo animo artis „suæ arcana sibi ipsis investigare, ac semper „mali aliquid facere cupiunt, institutum suum „artem verborum, non factorum demonstratio„nem existimantes. Apud nos autem reperie„tis imperitos homines, & opifices, & anus, „si minus verbis præstare possint eam, quæ ex „doctrina nostra percipitur, utilitatem, at factis „eam, quæ ex animi inductione proficiscitur, „demonstrare. Neque enim verba declamitant, „sed recte facta exhibent, percutientem non

Christianorum leges, & vita atheismum refutant.

n. 11.

ercutere, rapienti litem non scribere, petibus dare, proximum ut seipsum diligere. n igitur nisi Deum humano generi præesse deremus, ita puri, & insontes viveremus? profecto dici non potest, sed quia persua- habemus, reddituros nos totius hujus e rationem ei, qui & nos, & mundum didit, Deo, moderatam, & humanitatis nam, & aspernabilem vitam sectamur, ni- hic mali, etiamsi quis vitam eripiat, pas- os arbitrati, quod quidem cum iis confe- dum sit, quæ illic a magno judice ob vi- mansuete, & benigne, & moderate actam sequemur. Dixit quidem Plato Minoem, Rhadamanthum jura daturos, & pœnas gaturos improbis: nos autem, etiamsi Mi- aliquis, aut Rhadamanthus fuerit, etiamsi um Pater, ne illum quidem judicium declinaturum dicimus. Deinde vero, hanc vitam in his positam putant: *Ve-*

„ducimus, ut non amicos solum diligamus; „*si enim diligitis*,„ inquit, *eos, qui vos diligunt*, „*& mutuum datis iis, qui mutuum vobis dant*, „*quam mercedem habebitis?* Tales, inquam, cum „simus, & ejusmodi vitam agamus, ne dam„nemur in judicio, pie vivere non existima„mur?

Cur cruentas victimas non immolent Christiani. n. 13.

10. „Sed quia plerique eorum, qui nos „atheos esse criminantur, cum Dei cognitione „ne per somnium quidem informati, sed rudes „& ignari naturalium, & divinarum rerum pie„tatem victimarum norma metiantur, vitio „etiam illud nobis vertunt, quod non eosdem, „ac civitates, deos cognoscamus; spectate, „quæso, utrumque Imperatores; ac primo qui„dem, cur non immolemus. Opifex univer„sorum, & parens non eget sanguine, nec ni„dore, nec florum aut suffimentorum odore, „sed ipse est suavissimus odor, nec ullius rei „intra se indigus est, aut extra: sed victima ei „præstantissima, si cognoscamus, quisnam ille „sit, qui cœlos extendit, & conglobavit, qui „terram instar centri stabilivit, qui congrega„vit aquas in maria, ac lucem a tenebris secre„vit, qui astris ætherem ornavit, fecitque, ut „terra omne semen educeret, qui animalia „creavit, & hominem finxit. Hunc igitur „opificem tenentes Deum, qui omnia scientia, „& arte gubernatrice conservat, ac inspicit, si „puras ei manus tollamus, quid adhuc ei opus „est hecatomba...? Quo mihi holocausta, quo„rum non indiget Deus, cum victimam incru„entam offerre, & cultum rationalem adhibe-

oporteat? Quod autem querantur, cur eosdem, ac civitates, adeamus, & colas deos, ineptum ſane eſt: ſed ne ii qui, qui nos atheos eſſe criminantur, qui eosdem, ac ipſi cognoſcimus, inter ſe de conſentiunt, ſed Athenienſes Celeum, & raniram deos ſtatuunt, Menelaum Macei... Ilienſes Hectorem celebrant, Ariım Chii, quem eundem eſſe, ac Jovem, & ollinem putant. Theagenem Thaſii &c... ciet me dies, ſi ſingulos percurram. Cum ır inter ſe ipſi de diis ſuis diſſentiant, quid is crimini vertunt, quod non in easdem, pſi opiniones feramur? Quæ autem apud yptios fiunt, nonne ridicula ſunt? In tem enim, cum magnos agunt conventus, pea feriunt, tanquam ob defunctos, & ſacant tamquam diis: neque id mirum, ppe cum ipſas belluas referant in deos, iis-

„cipitur, & aptum unicuique horum nomen „imponimus, adibimus, & adorabimus ſimu- „lacra? Nam ſi unum, & idem materia, & „Deus, ac duo ejusdem rei nomina, impii ſu- „mus, qui lapides & ligna, aurum, & argen- „tum non exiſtimemus deos: ſin autem quam „longiſſime, & tantum a ſe invicem diſtant, „quantum artifex, & ſubjectus illius arti ap- „paratus, quid incuſamur? Quemadmodum „enim figulus, & lutum (materia quidem lu- „tum, artifex autem figulus) ita Deus opifex, „& quæ ejus arti obſequitur materia. Sed ut „lutum per ſeipſum vaſa ſine arte fieri non po- „teſt; ſic omnium formarum capax materia ſine „opfice Deo nec diſtinctionem, nec figuram, „nec ornatum accepiſſet. Quemadmodum au- „tem figulinum opus pluris non facimus, quam „figulum, nec phialas, & vaſa aurea, quam „fabrum, ſed ſiquid in eis arte elegans, artifi- „cem laudamus: ita etiam ubi agitur de ma- „teria, & Deo, mundi deſcriptionis gloriam, & „honorem non materia ſibi merito vendicat, „ſed materiæ opifex Deus. Itaque ſi materiæ „ſpecies exiſtimemus deos, nullum veri Dei „ſenſum habere videbimus, ut qui æterno „adæquemus obnoxia diſſolutioni, & corruptio- „ni. Præclarus quidem mundus... Non ille „tamen, ſed artifex adorandus: neque enim, „qui ad vos accedunt ſubditi, vobis principi- „bus, ac dominis, a quibus ſane ea, quibus „indigent, conſequantur, inſalutatis ad palatii „veſtri magnificentiam confugiunt, ſed regiam „quidem domum obiter ſpectantes, præclare „adornatam mirantur, vos autem omni pror-

Mundus, & opera hominum non adoranda. §. 16.

 „ſus

„ſus honore proſequuntur. Ac vos quidem „Reges vobis ipſi regias domus adornatis, „mundus autem non ideo factus, quod eo in„digeret Deus: omnia enim ipſe ſibi Deus eſt, „lumen inacceſſum, mundus perfectus, ſpiri„tus, potentia, ratio. Quamobrem ſive mun„dus concinnum quoddam eſt, & quod in nu„merum moveatur inſtrumentum: eum qui „ſonos temperat, & pulſat, ac numeroſum „concentum modulatur, non ipſum inſtrumen„tum adoro... Sive mundus, ut ait Plato, „ars Dei eſt, admirans ejus pulchritudinem „ad artificem adeo: ſive illius ſubſtantiam, & „corpus (*Dei*) ut Peripateticis placet; nequa„quam Dei, qui motus corporis auctor eſt, „omiſſo cultu ad egena, & infirma elementa „nos abjicimus, ære, ut ipſi exiſtimant, a „perpeſſione immuni, materiam perpeſſioni „obnoxiam adorantes. Sive quis Dei poteſta„tes mundi partes exiſtimat; non ad poteſta„tes adimus colendi cauſa, ſed ad earum Crea„torem & Dominum... Igitur ſi cœli, & ele„mentorum artem admirans, ea ut deos non „adoro, quippe cum impoſitam illis diſſolutio„nis legem noverim; quorum homines opifi„ces eſſe ſcio, ea quomodo appellaverim deos?„

rum ina,& lacra tia. 17.

Hoc argumentum magis urget Athenagoras ex eo quod deorum nomina, & ſimulacra recentia ſint, nam „Orpheus & Homerus & He„ſiodus ſunt, qui genera, & nomina iis, quos „appellant, diis dedere. Teſtatur id ipſe He„rodotus: *Heſiodus, & Homerus ſunt, qui Græ„cis deorum originem texuerunt, ac diis cogno„mina impoſuerunt, & honores atque artes diſtri„bue-*

„*buerunt*, *& eorum formas, ac figuras designarunt.*
Simulacra autem, quamdiu plastice, & pictura „& ars statuaria non erant, ne cognoscebantur quidem, donec tandem Saurius Samius, „& Craton Sycionius, & Core Virgo Corinthia prodierunt. Ac delineatio quidem a „Saurio inventa est, cum is equum ad solem „circumscripsisset: pictura autem a Cratone, „cum in tabula dealbata umbras viri, ac mulieris illevisset; a Core autem coroplastice. „Hæc enim cujusdam amore capta dormientis „umbram in pariete delineavit: tum pater „imagine simillima delectatus (is autem figulus „erat) delineationem exsculpsit, ac luto implevit: hæc effigies etiamnum servatur Corinthi. His posteriores Dædalus, & Theodorus Milesius plasticen, & statuariam artem „invenerunt. Ætas igitur imaginibus, & simulacrorum apparatui tantula est, ut cujusque dei artificem dicere possimus. Nam Artemidis Ephesiæ simulacrum, & Apollinis, „& Minervæ, sive Athelæ, & Minervam sedentem Endyus fecit Dædali discipulus... Phidias cætera simulacra... Uno verbo, nullum „est ex his simulacris, quod dici possit ab homine factum non fuisse. Si igitur dii, cur ab „initio non erant? Quid hominibus, & arte „opus habebant, ut fierent? terra hæc sunt, „& lapides, & materia, & ars curiosa.

Inventio statuariæ, & picturæ.

12. „Sed quia dicunt nonnulli, simulacra „hæc quidem esse, deos autem esse, quorum „sunt simulacra; & supplicandi rationem, „quam simulacris adhibent, & victimas, quas „illis

Simulacrorum cultus ad deos referri nequit. n. 18.

offerunt, ad deos referri, & diis fieri, nec n esse ad deos accedendi modum, diffi- enim est, ut dii clare, & aperte videan- & quia argumenti loco, cur ita se res eat, non nullorum simulacrorum efficien- proferunt.,, Ad has objectiones respon- thenagoras, & quidem ad primam, deos colendos non esse *Primo* ,, Quia ab initio non erant, sed ita eorum quisque natus ut nos nascimur, qua de re inter eos om- convenit: sic enim canit *Homerus: Ocea- deorum originem, & matrem Thetyn.*., neus primam eorum generationem ex a constituit... ex aqua autem lutum con- , & ex utroque genitum animal draco unctum habens caput leonis. Horum in dio facies Dei, cui nomen Hercules, & onus. Hic Hercules genuit ovum im- nsæ magnitudinis, quod cum esset plenum, mentius a genitore attritum in duas par-

„hoc igitur ſibi vult? unumquodque enim eo-„rum, quibus divinitas tribuitur, ab initio eſſe „intelligitur: nam ſi, cum non eſſent, facti „ſunt, ut iis placet, qui de ejusmodi diis di-„ſputant, profecto nulli ſunt: nam vel ingeni-„tum quid & æternum eſt, vel ſi genitum, „corruptioni obnoxium eſt... Sed nec aqua „omnium eſt, ut iſti exiſtimant, principium, „ex ſimplicibus enim, & uniusmodi elementis „quid poſſit conſtitui? opus autem eſt, & ma-„teriæ artifex, & artifici materia; qui enim „formæ exprimi poſſint ſine materia aut artifi-„ce? neque enim rationi conſentaneum eſt, „ut materia antiquior ſit Deo, neceſſe eſt enim, „ut cauſa efficiens priusquam ea, quæ fiunt, „exiſtat, & imperet.

13. *Secundo.* Deos gentilium non eſſe co-lendos probat Athenagoras ex abſurdis deo-rum figuris; nam „Nunc eorum corpora de-„ſcribunt, velut cum Herculem deum draco-„nem volubilem, & Centimanos commemo-„rant, vel cum filiam Jovis, quam is ex ipſa „matre Rhea, ſive Cerere ſuſcepit duobus qui-„dem ſecundum naturam oculis, duobus autem „in fronte, ac roſtro quodam in poſteriore „colli parte, ac præterea cornibus inſtructam „eſſe dicunt... nunc autem eorum præclare, „ut ipſi exiſtimant, geſta perſequuntur, velut „Saturni mares filios devorantis... Quam-„obrem cum hæc ita ſe habeant, neceſſe eſt, „hæc ſaltem verba facere. Quid honeſti aut „utilis habet ejusmodi hiſtoria, ut deos eſſe „credamus Saturnum, Jovem, Coren, & cæ-

Abſurda deorum figura. n. 20.

 „teros?

os? corporumne descriptiones? At quis
icio præditus, aut in rebus considerandis
atus, viperam a Deo progenitam putet, uti
Phanete Orpheus scribit? aut quis ipsum
anetem primogenitum Deum esse, is enim
qui primus ex ovo effusus est, aut dra-
is speciem habere, aut a Jove, ut is com-
nendi non posset, devoratum approbet
e? nam si nihil a belluis vilissimis discre-
t (liquet enim inter res terrenas, & ex
eria eductas, ac divinum numen interesse
uid oportere) non sunt dii. Quid ergo
eos adimus, qui generantur ut belluæ,
e ferina sunt, & deformi?

4. Deos illos nullo cultu dignos esse osten-
thenagoras *Tertio* ex eo, quod pravis cu-
tibus, exagitentur. „Nam nec ira, nec
ditas, nec semen ad procreandum in Deum
st; constent igitur ex carne, sed tamen

'erribilis ille in bellis, & Jovis adversus Titaes auxiliator Diomede infirmior apparet Iliad. . v. 605. Tace Homere, Deus non furit: u vero mihi, & cæde inquinatum, & perniiosum hominibus enarras Deum Martem, & lius adulterium describis, & vincula Iliad. . v. 31. Odiss. ç. 308. Annon plurimas illas de lis impias nugas projicient? Cœlus castraur; ligatur, & in tartarum præcipitatur Saurnus, insurgunt Titanes, Styx moritur in oelio: jam & mortales illos faciunt. Amant invicem, amant homines: *Æneas, quem b Anchise peperit diva Venus.* Iliad. β. 317. on ne amant? nonne patiuntur? quatenus iim dii, an eos attinget cupiditas? etiamsi rnem Deus per dispensationem divinam asmat, an idcirco servus erit cupiditatis? ... :nitus est, corruptioni obnoxius est, nec uidquam habet Dei. Quin etiam serviunt omnibus, & armenta pascunt Admeti; est go Admetus Deo præstantior. O vates, & piens, & aliis futura præsagiens Apollo! on es vaticinatus Amasii cædem, sed eum se manibus tuis occidisti... Sed hæc forte ommenta poetica, at in illis naturalis quæum ratio: *Jupiter velox, ut ait Empedocles, Juno vitalis, & Pluto, & Nestis, quæ tingit chrymis humanos fontes.* Si igitur Jupiter nis, Juno terra, Pluto aer, & Nestis aqua, nec autem elementa sunt ignis, aqua, aer, ullus eorum Deus est, nec Jupiter, nec uno, nec Pluto, ex materia enim a Deo diisa eorum constitutio, & generatio. Ignis, qua, tellus, & aer sine amicitia permanere

Frustra hæc ad physiologiam revocantur. n. 22.

,,non

„non poſſunt, diſcordia autem confund
„quo pacto igitur hæc deos eſſe quisqua
„xerit ? imperat amicitia ſecundum E
„clem, parent, quæ concreta ſunt; qu
„tem imperat, dominatum tenet. Ita
„illius, quod imperat, & illius, quod
„unam, & eamdem vim eſſe ponamus
„ruptioni obnoxiam, & fluxam, & mut
„materiam imprudentes ingenito, & a
„& ſibi ſemper conſtanti adæquabimus
„Jupiter fervida eſſentia, ſecundum St
„Juno aer, Neptunus potus... Ac cu
„cis quidem ita licet diſputare: ſi unu
„Deum, qui ſupremus, & ſempiternus,
„genitus eſt, agnoſcitis; totidem aute
„pora concreſcere, quot materiæ mut
„fiunt, ac Spiritum Dei, qui materia
„vadit, pro variis ejus mutationibus al
„que aliud nomen ſortiri dicitis. Corp
„dem Dei ſpecies materiæ fient: inte
„bus autem in conflagratione elementis,
„ſe eſt, una cum ſpeciebus nomina i
„ſolo permanente Spiritu Dei, quorum
„corporum ſecundum materiam imm
„corruptio eſt, ea deos eſſe quis credat
„autem ad eos ſpectat, qui Saturnum
„eſſe dicunt, Rheam autem terram;
„hanc quidem ex Saturno concipere, &
„unde etiam omnium mater exiſtimatur
„autem gignere, & genita devorare; v
„autem abſciſſionem nihil aliud eſſe, qu
„cum muliere coitum, quo velut reſect
„corpore genitura in uterum demittitur,
„mo, cui cupiditas, id eſt, Venus inſ

„generatur: furorem vero Saturni nihil aliud, „quam temporis mutationem animata, & inanimata corrumpentem; vincula, & tartara „tempus esse, quod tempestatibus mutatur, & „evanescit. Sic igitur adversus eos disceptamus: si tempus est Saturnus, mutatur: si „tempestas, vertitur: si tenebræ, aut summum frigus, aut humida natura, nihil horum permanet. Deus autem immortalis, & „immobilis, & immutabilis. Quocirca neque „Saturnus, neque ejus simulacrum Deus est. „Quod autem spectat ad Jovem, si est ex Saturno genitus aer, cujus id, quod masculum „est, Jupiter dicitur, quod autem fœmineum „Juno (hinc soror & conjux) immutatur, si „tempestas vertitur: Deus autem nec mutatur nec cadit &c.

15. Ad alteram objectionem solvendam *Platonis* progreditur Athenagoras, quam gentiles og- *sententia* gerunt, scilicet. „Qua ergo ratione simulacra *de dæmo-* „nonnulla, si dii non sunt ii, quibus ea statui- *nibus.* „mus, efficacia prædita sunt? neque enim *n. 23.* „verisimile est inanimas, & immobiles statuas, „quidquam per seipsas posse, nemine movente. „Ac variis quidem in locis, & civitatibus, & „gentibus nonnullos edi sub nomine simulacrorum effectus, ne nos quidem inficiamur; non „tamen siqui adjuti sunt, ac rursus alii male „affecti, pro diis habebimus eos, qui in „utramque partem operati sunt. Sed qua ratione fiat, ut simulacra aliquid posse existimetis, & quinam in iis operentur, accurate investigavimus. Necesse autem mihi est de-

„mon-

„facta ab ingenito
„tia, tum fixa fyde
„de dæmonibus au
„audiri jubet, qui
„*autem his, qui pric*
„*narraverunt, poste*
„*noverant. Fides e*
„*potest, etiamsi absq*
„*demonstrationibus d*
„*narrare se profitent*
„*dendum.* In Timæ
„*ris dæmonibus, seu*
„*nerationem pernosce*
„Propterea vero ma
„de cæterorum da
„noscere, ac differer
„cogitare posset, ne
„eo dictum est: *Re*
„*volucrem currum age*
„*nans omnia & guber*
„*exercitus deorum, &*

ɒn haberet, populari, non ut Dei proprio, d ad perſpicuitatem, quia de Deo apud nnes pro viribus differi non poteſt, uſus eſt ɒcabulo, addito magni nomine, ut cœleſtem terreſtri, ingenitum ſecerneret a genito, ii cœlo & terra poſterior eſt, ac ipſis etiam etenſibus poſterior, a quibus ſubreptus eſt, occideretur a patre.

16. Expoſita gentilium Philoſophorum de nonibus, & diis ſententia Athenagoras do- ɪam de Angelis, & dæmonibus ita expli- *De Angelis, & gigantibus. n. 24.*

ob sculptilia sua &c. Idem dicit David:
upti sunt, & abominabiles facti sunt in stu-
suis &c. Similiter Habacuc: *Quid pro-*

,,*deus . . . Quia dæmonibus sacrificastis, iis qui in ,,inferno . . .* Et in eos deos, qui geniti dicun- ,,tur, sic locuta est: *Si genitum omnino corrum- ,,pitur, non potest hominis ex lumbis, & matrice ,,Deus formatus esse. Sed Deus solus, qui fecit ,,cælum, & omnia &c. . . Pudeat vos feles, & ,,animalia insecta in deos referre: nonne id furor ,,est, & rabies animorum? lances furantur dii, ,,ollasque diripiunt? & cum auratum cælum colere ,,deberent, vermibus exesa respiciunt, & araneis ,,prætexta . . . Adoratis serpentes, canes . . . & ,,lapideas statutas, & simulacra manu facta, & ,,in viis lapidum acervos, & vana alia multa, quæ ,,vel appellare turpe est . . . Nec vultis evigilare, & ,,ad prudentem mentem converti, & cognoscere ,,Deum regem omnia inspicientem; quapropter ar- ,,dentis ignis fulgor venit ad vos, flammis com- ,,buremini in sæculum quotidie pudore suffusi ob ,,falsa & inutilia simulacra. Qui autem Deum ,,colunt verum, & æternum, vitam hæreditate ac- ,,cipient, in æternum tempus inhabitantes paradisi ,,simul amœnum hortum, edentes dulcem panem a ,,stellato cælo.* Hæc igitur vera, & utilia, & ,,justa, & amica omnibus hominibus esse per- ,,spicuum est.

22. ,,Quod autem qui male fecerint, ne- ,,cesse habent pro meritis actionum puniri, id ,,jam & poetarum nonnulli futurum veluti ,,quodam oraculo pronuntiarunt, tum in seipsos, ,,tum in eos, qui inique faciunt, testimonium ,,dicentes. Æschylus dixit: *Qui namque fecit, ,,debitum etiam illi pati.* Ipse etiam Pindarus ,,ait: *Namque facientem aliquid æquum est pati.*

Poetæ etiam in nonnullis Prophetis consentiunt.

n. 37.

iliter & Euripides : *Patere haud iniquus*, *as enim lubens...* Similiter & Archilo-s : unum esse novi maximum, *siquid mali cerit quis, ignaviter rependere.* Quod au- Deus omnia videt, nec eum quidquam , sed cum patiens fit, expectat, dum cet, ea quoque de re Dionysius dixit: *itiæ oculus etsi videtur leniter spectare, sem- tamen prospicit omnia.* Futurum autem judicium, ac improbos mala ex impro- deprehensura Æschylus significavit his bis : *Haud tarda gressu hominibus ingruent , Theminque tristis pœna deferentibus... nul- que prorsus nox nefas celaverit : si prave agas , esse qui cernat, puta.* Annon etiam Si- ides : *Haud ulla præter spem homini acci- malo, horæque momento omnia evertit Deus.* sus Euripides : *Hominis mali res prosperas uam atque opum superbiam stabiles oportet re, sed nec malorum filios. Parente nam*

:ione Malachias Propheta sic prædixit :
e dies Domini venit ut clibanus ardens, &
ædet omnes impios. Malach. 4. v. 1. Et
ias : *Veniet enim ira Dei ut grando ruens im-*
), & ut aqua trahens in convalle. Isa. 30.
8. Sybilla igitur, & reliqui Prophetæ,
& Poetæ, & Philosophi, & de justitia,
de judicio, & pœnis pronuntiarunt, ac
m de providentia, Deum nostri curam
ere non solum viventium, sed etiam mor-
rum, vel inviti dixerunt: vincebantur
n a veritate. Atque ex Prophetis qui-
n Salomon de mortuis sic loquitur : *Erit*
itio carnibus, & curatio ossium. Prov. 3. v. 8.
iiliter & David: *Exultabunt ossa humiliata.*
consentanee Timocles: *Urna repostos re-*
it clemens Deus. Qui ergo Scriptores deo-
ı multitudinem admiserunt, hi ad monar-
am devenerunt, & qui judicium negarunt,
icium confessi sunt, & qui sensum post
rtem nullum esse asseruerunt, sensum su-
esse confessi sunt. Homerus igitur cum
isset : *Anima instar somni avolavit.* Od. λ. v.
:. alibi dicit : *Anima ex membris avolans ad*
ros descendit. Et alibi : *Sepelito me, ut*
m primum portas Plutonis transeam. Iliad.
v. 71. De cæteris, quos legisti accurate
nitum tibi esse arbitror, quomodo disse-
rint. Hæc omnia intelliget, quisquis sa-
ntiam Dei quærit, eique per fidem, &
itiam, & bona opera placet : dixit enim
uis ex Prophetis, quos supra demonstra-
ıus, nomine Osee : *Quis sapiens, & intel-*
t hæc? prudens, & cognoscet? *quoniam*
recta

Argu-mentum libri.

a. I.

1. Cum supe Autoly S. Theophilus fus aggreditur, fert. „Quia pl „nere amant ad „& bellis, aut „tilibus, caeter „hactenus addi „rem, ac post „huc pro delirio „centes admod „mans; hanc ol „antiquitatem li „& capite repet „& paucis tibi „ut illud perleg

§. II.

Analysis Libri III.

Scriptorum profanorum fallacia, quia narrata nec visa, nec sincere relata scribunt. n. 2.

2. Ut Autolycus intelligat, scriptores illos, quorum admiratione tenebatur, nullius esse pretii hoc illi S. Theophilus persuadere conatur. *Primo* „eos enim oportebat aut suis „oculis ea vidisse, aut accurate ab iis, qui „vidissent, didicisse: nam qui incerta scribunt, „ii quodammodo aerem cædunt. Quid enim „Homerum juvit, quod bellum Trojanum scri„pserit, ac multos in errorem induxerit? aut „Hesiodum, quod eorum, quos vocat, deo„rum genealogiæ seriem recensuerit? aut Or„pheum, quod trecentos, & sexaginta quin„que deos numeraverit, quos idem sub exi„tum vitæ sustulit, in præceptis suis unum „esse Deum afferens? Quid Aratus ex sphæro„graphia cycli mundani retulit, aut qui eadem, „ac ille dixerunt, præter humanam gloriam, „quam ne suo quidem merito consecuti sunt? „Quid veri dixerunt? Quid Euripidem, & „Sophoclem, cæterosque Tragædos Tragœdiæ „juverunt, aut Menandrum, aut Aristopha„nem, cæterosque comædos comædiæ? Aut „Pythagoram adyta, & Herculis columnæ, „aut Diogenem cynica Philosophia? Quid „Epicuro profuit, nullam esse providentiam „decernere, aut Empedocli, nullum esse „Deum docere, aut Socrati, per canem ju„rare, & anserem, & platanum, & fulmine „tactum Æsculapium, & dæmonia, quæ ille „invocabat? Cur libenti animo mortem op„petiit?

ıt veluti quidam Legislator, communes omnium uxores, Auctore utens Jovis, & Cretensium Legislatore; ut per interitam causam fæcunda proles ex talibus nasetur, simul, quod eos, qui labores exarent, hujusmodi copulis demulceri oporat, quamvis ea res legibus prohiberetur. n Solon etiam ea de re legem diserte sant, ut ex patre matrimonio conjuncto leme pueri nascantur, non autem ex adulo: nequis in patris loco eum colat, qui er non sit, aut eum, qui vere sit, ignoia afficiat, patrem esse ignorans. Epicu autem, præter quam quod Deum non esse et, Auctor est, ut cum matribus, & sobus consuetudo stupri habeatur, ac ejusdi facinora patrentur, quæcunque reliquis bus Romanorum, & Græcorum prohiben. Cur igitur Epicurus, & Stoici ince cum sororibus, & mascu'is concubitus

itura, & fortuito concursu omnia contineri, c ullam hominum procurationem deos ge- re definit: mitto etiam, quot & quanta itomachus Academicus excogitarit, ut nul- esse deos probaret. Quid nonne etiam Cri- s? nonne Protagoras, cujus est illud: *Ne- utrum sint dii, possum dicere, nec quales sint nonstrare, multa enim sunt, quæ me deter- nt.* . . . Euhemerus nullos omnino deos e, ac fortuito omnia gubernari contendit. ato autem, qui tam multa de Monarchia i disputavit, ac de anima humana, immor- em eam esse statuens, nonne postea secum e pugnare deprehenditur, dum quorum- m animas in alios homines migrare dicit, orumdam autem in animalia rationis exper- concedere? Annon horrenda, & nefanda is sententia viris prudentibus videbitur, ut, i olim homo fuerit, is rursus lupus, aut is fiat, aut asinus, aut aliud quidpiam imal rationis expers. Huic consona Pytha- ras quoque nugatus esse deprehenditur, eterquam quod etiam providentiam sustu- Utris igitur credemus? Philemoni Co- co dicenti: *Præclara namque Numinis culto- us spes ad salutem suppetit.* An iis, quos di- nus Euhemero, Epicuro, & Protagoræ, terisque Deum colendum esse negantibus, providentiam tollentibus? . . . Nam qui n. 8. gant deos esse, rursus confitentur, ac in- ıda facinora ab his patrari dixerunt. . . . in etiam hominum vorandorum inhumani- apud eas deprehenditur ex iis, quas scri- reliquerunt, & quos colunt deos, Prin-

s eos scribunt fuisse horum facinorum ndorum.

. *Quarto.* Veritatem, & Sanctitatem do- e Christianæ his gentilium spurcitiis op- t S. Theophilus dicens: „Nos autem & m confitemur, sed unum, Conditorem, Creatorem, & Opificem hujus universi, & videntia omnia gubernari scimus, sed ab olo: & legem sanctam didicimus, sed Le- atorem habemus verum Deum, a quo & itiam colere, & pietatem, & bona opera re edocemur. Ac de pietate quidem sic cepit: *Non erunt tibi dii alieni &c.* Ubi de- Decalogi præcepta referuntur. *Exod.* 20. n vero Hebræi inquilini in Ægypto annis dringentis, & triginta fuissent, cumque Moses in desertum perducturus esset, sic Deus per legem edocuit: *Peregrinum non getis, vos enim nostis animam peregrini, ipsi*

hic allegat ex If. 55. v. 6. 7. & 31. v. 6. Ex
Ezechiele c. 8. v. 21. Ex Jerem. c. 6. v. 9. „Ad-
„huc etiam & de justitia, quam lex praeci- *De Justitia.*
„pit, consentaneae inveniuntur Prophetarum, *n. 12.*
„& Evangeliorum sententiae: Isa. 1. v. 6. 7.
„*Quaerite judicium, liberate oppressum.* Et c. 58.
„v. 6. seqq. *Dissolve omnem colligaturam iniqui-*
„*tatis &c.* Jerem. 6. v. 17. . . . *Judicium ju-*
„*stum judicate &c.* Joel. 2. v. 16. Zachar. 7. v. 9. 10.
„De Castitate autem docet nos Scriptura san- *De Castitate.*
„cta, non solum nihil opere peccare, sed ne *n. 13.*
„cogitatione quidem, ita ut nec mali quid-
„quam corde concipiamus, nec oculis adspi-
„cientes alienam uxorem concupiscamus. Sa-
„lomon igitur, qui Rex, & Propheta exstitit,
„ait: *Oculi tui recta videant &c.* Prov. 4. v. 25.
„Vox autem Evangelica intentius de castitate
„praecipit his verbis: *Quisquis adspicit uxorem*
„*alienam ad concupiscendam eam, jam moechatus*
„*est eam in corde suo &c.* Matth. 5. v. 28. seqq.
„Ait adhuc Salomon: . . . *Ambulabit quis*
„*super carbones ignis, & pedes non comburet?*
„*Sic qui proficiscitur ad mulierem, quae sub viro*
„*est, innocens non erit.* Atque ut non eos so- *De dilectione inimicorum.*
„lum, qui nostri sunt generis, benevolentia com- *n. 14.*
„plectamur, ut quidam existimant, Esaias ait:
„*Dicite his, qui vos oderunt, & his, qui exe-*
„*crantur, fratres nostri estis, ut nomen Dei glori-*
„*ficetur, & videatur in laetitia eorum.* If. 66. v. 5.
„Evangelium autem, *Diligite*, inquit, *inimi-*
„*cos vestros, & precamini pro his, qui laedunt*
„*vos &c.* Matth. 5. v. 44. Qui autem bene fa- *Vana gloria vitanda.*
„ciunt, eos non gloriari docet, ne studiosi sint,
„hominibus placendi: *Nesciat enim*, inquit,

 „ma-

Obedien- in Magistratibus praestanda.

„*manus tua sinistra*, *quid faciat manus tua dextra.* Illud etiam jubet Scriptura sancta, ut „Magistratibus, & Potestatibus subjiciamur, „ac pro iis precemur: *Ut tranquillam, & pacatam vitam agamus.* 1. Tim. 2. v. 2. Ac omnibus omnia reddere docet: *Cui honorem, honorem; cui timorem, timorem; cui tributum, „tributum, nec quidquam ulli debere, nisi ut diligamus omnes.*

Christianorum innocentia. n. 15.

8. Ex his pro innocentia Christianorum ita concludit S. Theophilus: „Vide igitur, an possint, qui talia edocerentur, indifferenter vivere, & in nefariis flagitiis volutari, aut quod „omnem impietatem superat, carnes humanas „attingere, cum præsertim nec gladiatorum „ludos spectare nobis liceat, ne participes, & „conscii cædium fiamus; neque etiam cætera „spectacula obeunda sunt, ne polluantur oculi „nostri, & aures, si participes eorum fiant, „quæ illic decantantur. Siquis enim de carnis „humanæ epulo loquitur, illic Thyestis, & „Terei filii vorantur: si vero de adulterio, illud apud eos non solum de hominibus, sed „etiam de diis, quos canora voce decantant, „non sine præmio, & mercede, tragice exhibetur. Procul autem absit a Christianis, ut „iis quidquam hujusmodi facere in mentem „veniat; apud quos adest temperantia, continentia colitur, unicum matrimonium servatur, peccatum radicitus evellitur, justitia exercetur, lex observatur, cultus Dei peragitur, Deus confitendo celebratur, veritas dominatur, gratia custodit, pax communit, san-

„ctum

„ctum Verbum manuducit, Sapientia docet, „vita dirigit, Deus regnat.

9. *Quinto.* Denique antiquitatem doctrinæ Chriſtianæ S. Theophilus demonſtrat *imo* ex eo, quod Græci in mundi annis numerandis nihil veri cognoverint. „Alii enim cum mundum ingenitum dicerent, in infinitum abierunt: alii cum genitum aſſererent, jam annorum myriades quindecim, & tria millia ſupra ſeptuaginta quinque annos effluxiſſe dixerunt: atque hæc quidem litteris mandavit „Apollonius Ægyptius. Plato autem, qui Græcorum ſapientiſſimus videtur fuiſſe, quantas „in nugas aberravit? nam in ejus libro, qui „*Civitates* inſcribitur, hæc totidem verbis leguntur: *Quomodo enim, ſi hæc ita omni tempore „manſiſſent, ut hodie ornata ſunt, novi quidquam „aliquando inveniretur, cum hæc decies millies decem annorum millibus eos, qui tum erant, latuerint, ac mille anni, aut bis mille effluxerint, ex „quo partim a Dædalo, partim ab Orpheo, partim a Palamede inventa in lucem prodiere?* Quæ „cum facta eſſe dicit, decies millies decem annorum millia a diluvio ad Dædalum numerat; „& cum multa de variis per orbem civitatibus, „& habitationibus, & gentibus dixiſſet, fatetur, hæc ſe conjectura dixiſſe. . . Quodſi „conjectura, minus profecto vera, quæ ab eo „dicta ſunt. Satius igitur eſt alumnum eſſe diſciplinæ divinæ, quemadmodum ipſe confitetur *in Memnone*, aliter non poſſe verum accurate diſci, niſi Deus per legem doceat. Quid? „nonne etiam Poetæ Homerus, Heſiodus, &

Antiquitas doctrinæ Chriſtianæ probatur ex abſurdis Græcorum opinionibus. n. 16.

Chriſtiani hanc antiquitatem a Prophetis acceperunt. n. 17.

neus institutos se fuisse a divina providen-
dixerunt? Quin etiam Scriptores vatibus,
rophetis æquales fuisse narrant, a quibus
eruditi fuissent, eos accurate scripsisse.
nto igitur magis veritas a nobis cognosce-
qui a sanctis Prophetis sancto Dei Spi-
plenis didicimus? Hinc consona omnes
phetæ, ac amica inter se dixerunt, ac fu-
s totius mundi eventus prænuntiarunt:
enim prædictarum rerum, & jam perfe-
um eventus potest discendi, vel potius ve-
upidos edocere, vera esse, quæ ab illis
emporibus, & annis ante diluvium elapsis
dicata sunt, quomodo scilicet se habeat
origine mundi ad nostram ætatem anno-
series, ita ut facile pateat, inepte men-
s esse Scriptores, nec vera esse, quæ ab
dicta sunt.

o. *Secundo.* Etiam in enarrando diluvio

opera, ex his, quæ diximus, satis perspicuum est. Noster autem Propheta, & famulus Dei Moses originem mundi exponens, narravit, quomodo diluvium in terra factum sit, imo etiam, quæ cum diluvio fuere conjuncta, quomodo evenerint, non Pyrrham, aut Deucalionem, aut Clymenum fingens, aut campos solum inundatos fuisse, & qui in montes fugissent, solos evasisse incolumes. Sed neque alterum diluvium fuisse declarat, imo nullum amplius diluvium aquarum mundo eventurum esse asserit; quemadmodum revera nec evenit, nec eventurum est. Octo autem omnino homines in arca servatos fuisse dicit, ea, quam jussu Dei non Deucalion, sed Noe, cujus nomen Hebræum, si græce interpreteris, idem est, ac requies, construxerat &c. *Diluvii vera narratio apud Mosen.* n. 19.

11. *Tertio.* Antiquitatem doctrinæ Christianæ probat Mosis antiquitas: „Qui dux fuit Judæorum, qui ejecti sunt ex terra Ægypti a Rege Pharaone, cujus nomen fuit Amasis: is, ut ajunt, post exactum populum regnavit annis 25. & mensibus 4. ut supputat Manæthos. Huic successit Chebro, qui regnavit annis 13. Huic Amenophis, qui regnavit annis 20. mensibus 7. Huic soror nomine Amessa, quæ regnavit annis 21. & mense 1. Post hanc Mephres annis 12. mensibus 9. Post hunc Methramuthosis annis 20. & mensibus 20. Post hunc Thytmoses annis 9. & mensibus 8. Huic successit Damphenophis, qui regnavit annis 30. & mensibus 10. Huic successit Orus, qui regnavit annis 35. & mensibus 5. Huic *Mosis antiquitas.* n. 20.

 „filia,

, quæ regnavit annis 10. & menſibus 3.
hanc Merchres annis 12. & menſibus 3.
c ſucceſſit filius nomine Armais, qui reg-
t annis 4. & menſe 1. Huic Meſſes Miam-
ilius, qui regnavit annis 6. & menſibus 2.
c Rhameſſes, qui regnavit anno 1. & men-
s 4. Huic ſucceſſit Amenophis, qui regna-
annis 19. & menſibus 6. Poſt hunc Thoe-
, & Rhameſſes annis 10. quos ferunt ha-
ſe plurimas copias equeſtres, & navales.
Hebræi quidem poſt proprias gentis ſuæ
tes, cum eo tempore in Ægypto advenæ
nt, a Rege Thetmoſi in ſervitutem addi-
ſunt, eique exſtruxerunt urbes munitas
tho, & Rhameſſen, & On, quæ eſt He-
olis, ita ut urbibus, quæ tunc apud Ægy-
s celebres fuerunt, ſeniores eſſe pateat
oræos, qui & majores noſtri ſunt, nobis-
ſacros libros omnibus Scriptoribus anti-
ores transmiſerunt. Ægypti autem regio

„tionem exhibere. Atque illos quidem paſto-„res invitus premente veritate dixit: erant „enim revera Paſtores noſtri majores, qui in „Ægypto commorati ſunt, ſed non leproſi: „nam cum veniſſent in terram, quæ vocatur „Jeroſolyma, ubi etiam deinceps habitarunt, „nota res eſt, quomodo eorum Sacerdotes Dei „præcepto perſeverantes in templo morbum „omnem curaverint, ita ut lepra infectos, & „morbum omnem ſanarent (*ſcilicet ſanatos ex-piarent*) . : . „Quod autem Manethos circa „tempora aberret, ex ipſius dictis manifeſtum „eſt. Sed & circa Regem, qui eos expulit „Pharaonem nomine: is enim jam non amplius „Ægyptiis imperavit: nam cum Hebræos per-„ſequeretur, cum exercitu ſubmerſus eſt in „mari rubro. Sed &, quod ait, Paſtores bellum „geſſiſſe cum Ægyptiis mentitur. Nam egreſſi „ſunt ex Ægypto, & incoluerunt regionem, „quæ nunc etiam Judæa dicitur, annis, ante-„quam Danaus Argos veniret, trecentis nona-„ginta tribus. Hunc autem cæteris antiquio-„rem apud Græcos a pleriſque exiſtimari ma-„nifeſtum eſt. Itaque Manethos duo nobis ca-„pita veritatis invitus declaravit in Scriptis „ſuis. Primum quidem, quod eos Paſtores „fuiſſe confeſſus eſt; deinde quod egreſſos eſſe „e terra Ægypti; adeo, ut vel ex his tempo-„rum deſcriptionibus Moſem, & qui eum ſe-„cuti ſunt, nongentis, vel etiam mille an-„nis (*a*) antiquiores bello Trojano eſſe pateat.

(*a*) Tatianus, Clemens, & Euſebius profectionem Iſraelitarum ex Ægypto annis 400. ante excidium Trojanum collocant. S. Theophilus vero, quem

Tertullianus *Apol. c.* 19. sequitur, subductas
ethone temporum rationes ad gentiles refel-
s videtur assumpsisse: vel juxta P. Maran Jo-
s illi forte erroris ansam præbuit, qui lib. 1.
Appion. ait: *Discessum ex Ægypto ita anti-
temporibus, ut propemodum mille annis. Ilia-
perat.*

Quinto. Eandem antiquitatem probat
constructi antiquitas: „Quod in Judæa
Salomon ædificavit annis post exitum Ju-
um de Ægypto quingentis, & sexaginta.
Tyrios scriptum est, quomodo ædifica-
uerit Templum, & in eorum Archivis
antur commentarii, in quibus invenitur
tum fuisse templum annis ante conditam
iis Carthaginem centum quadraginta
, mensibus octo. Id autem his in com-
riis narratur, sub Rege Tyriorum no-
Hieromo, quia is amicus fuit Salomo-
im ob consuetudinem, quam cum illius

accessit frater Atharymus, qui vixit annis 58. regnavit annis 9. Hunc interfecit frater nomine Helles, qui vixit annis 50. & regnavit mensibus 8. Hunc peremit Juthobalus Astartæ Sacerdos, qui vixit annis 40. & regnavit annis 12. Huic successit filius nomine Bazorus, qui vixit annis 45. & regnavit annis 7. Huic filius nomine Mettin, qui vixit annis 32. & regnavit annis 19. Huic successit Pygmalion Pygmalii filius, qui vixit annis 56. & regnavit annis 7. At in septimo anno ejus regni in Lybiam fugiens ejus soror urbem condidit, quæ adhuc hodie Carthago appellatur. Continet igitur omne tempus ab Hieromi regno usque ad conditam Carthaginem annos 155. & menses octo. Duodecimo anno Regis Hieromi ædificatum est templum Jerosolymitanum. Itaque universum tempus a constructo templo usque ad conditam Carthaginem complectitur annos 143. & menses 8.

14. *Sexto.* Rursus eandem antiquitatem ostendit Prophetarum antiquitas, & Græcorum Scriptorum, ac Legislatorum recentior ætas: „Nam ex his, quæ dicta sunt, & ex his Scriptoribus, qui antiqui sunt, etiam cæterorum scripta iis, quæ per Mosen nobis tradita sunt, recentiora esse demonstratur, imo & ipsis Prophetis: nam qui ultimus Prophetarum fuit, Zacharias nomine, is regnante Dario floruit. Sed & ipsi Legislatores omnes inveniuntur leges suas posterius posuisse. Si quis enim objiciat Solonem Atheniensem, is temporibus Cyri, & Darii Regum vixit, æqualis prædicti Prophetæ Zachariæ, annis „ad-

Græci Scriptores, & Legislatores recentiores.

n. 23.

„annorum ratione
„favente non ea so
„ea etiam, quæ
„omnium, quantu
„meremus; id nu
„mum recurrente
„quod Moses Dei
„scripsit.

Annorum series ab Adamo usque ad Reges. n. 24.

15. „Adam na
„Seth natus anno
„vixit annos 190.
„natus annos 170.
„natus annos 165.
„Iared natus annos
„natus annos 165.
„sala natus annos
„mech natus annos
„tus annos 500. ge
„annos natus esset
„que a condito ho

t Phaleg. Phaleg natus 130. genuit Rha-
i. Rhageu natus annos 132. genuit Se-
h. Seruch natus annos 130. genuit Na-
r. Nachor natus annos 75. genuit Thar-
Tharra natus annos 70. genuit Abraham.
raham Patriarcha noster natus annos 100.
uit Isaac. Itaque anni numerantur a con-
› homine usque ad Abraham 3278. Isaac
us annos 60. genuit Jacob. Jacob natus
: 130. cum proficisceretur in Ægyptum.
bræi in Ægypto morati sunt annis 430.
ressi Ægypto hæsere in deserto annis 40.
stant ergo omnino anni 3938. quo tempo-
mortuo Mose imperii administrationem su-
pit Jesus Filius Nave, qui præfuit populo
nis 27. Jesu defuncto, cum Hebræi defecis-
t a præceptis Domini, servierunt Regi Me-
otamiæ, cui nomen Chusaraton annis 8.
Inde ad pœnitentiam conversi, judices, a
bus judicarentur, nacti sunt. Gothonoel
icavit Hebræos annis 40. Eglon annis 18.
th annis 8. Dehinc prævaricati legem Do-
ni alienigenis servierunt annis 20. Debbora
tmodum judicavit Hebræos annis 40. De-
e servierunt Madianitis annis 6. Deinceps
deon judicavit annis 40. Abimelech an-
3. Thola annis 22. Jair annis 22. Postea
bræi servierunt Philistinis, & Ammonitis
nis 18. Jephte in libertatem antiquam as-
tos judicavit annis 6. Esbon annis 7. Ai-
annis 10. Abdon annis 8. Postea servie-
it alienigenis annis 40. Deinde Samson
icavit Hebræos annis 20. Deinceps pax
bræis fuit annis 40. Inde Samira judi-

„ca-

„cavit Hebræos anno 1. Elis annis 20.
„muel annis 12.

16. „Judicibus successere Reges, qu
„primus fuit Saul, qui regnavit annis 20.
„vid Pater noster regnavit annis 40. Inve
„tur itaque anni 498. decurrere ab Josue u
„ad regnum Davidis. Salomon templi e
„præscripto conditor regnavit annis 40.
„boam regnavit annis 17. Abias regnavi
„nis 7. Asa regnavit annis 41. Josaphat
„navit annis 25. Joram regnavit annis 8. O
„zias regnavit anno 1. Gotholia regnavi
„nis 6. Jozias annis 40. Amasias anni
„Ozias annis 52. Joatham annis 16. A
„annis 17. Ezechias annis 29. Manasse a
„55. Amos annis 2. Josias annis 31. O
„mensibus tribus. Post hunc Joachim anni
„tum alter Joachim mensibus 3. & diebus
„Sedecias annis 11. Sub idem tempus cum

...yrus adipiſcitur, qui ſecun-
...ophetiam altero regni ſui an-
...pto conſignatum promulgat,
..., qui in ſuo imperio eſſent,
...repeterent, & templum Deo
...quod prædictus Rex Babylonis
...hæc Cyrus divinis juſſis ob-
...mandatis dedit Sabeſſaro, &
...ellitibus ſuis, ut vaſa ex templo
...buchodonoſoro exportata reſti-
...ponerent in templo. Anno igi-
... Cyri complentur anni illi ſe-
...Jeremia prædicti.

...nis infert S. Theophilus: „Quomo-
...iores, & veriores demonſtrentur ſa-
...nos litteræ, quam Græci, & Ægy-
...qui alii extitere hiſtoriæ Scripto-
...odotus enim, & Thucydides, &
..., & plerique alii Hiſtorici initium
...ndi a Cyri, & Darii regno fecerunt,
...antiquis, & primis temporibus nihil
accurate dicere. Quid enim magni
..., ſi de Dario, & Cyro, qui Reges
...rbaros fuere, aut de Zopyro, & Hip-
... apud Græcos, aut de Athenienſium,
...dæmoniorum bellis ſcripſere, aut de
Xerxe geſtis, aut a Pauſania, qui in
...e templo pene fame necatus eſt; aut
...iſtocle, & bello Peloponneſiaco, aut
...iade, & Traſybulo? neque enim mihi
...um eſt loquaciter omnia perſequi, ſed
...n a mundi creatione numerum demon-
...t operoſas ineptias Scriptorum argue-
„re:

Differentia inter Hebræorum, & Græcorum hiſtoriam. n. 26.

quippe cum nec viginti mille myriades orum fuerint, ut Plato pronuntiavit, to-m a mundi origine ad suam ætatem annos xisse decernens; nec quindecim myria-, & trecenti septuaginta quinque anni, ut llonium Ægyptium narrare diximus: nec dus ingenitus sit, nec fortuito omnia fe-ur, quemadmodum Pythagoras, & cæ-nugati sunt, sed genitus, & providentia tur ab eo, qui omnia creavit, Deo; ac pus omne, & anni facile demonstrentur qui veritati obtemperare volunt. Ne ear igitur demonstrationem ad Cyrum qui-perduxisse, quæ autem consecuta sunt pora negligere, eoquod ea demonstrare possim, Deo juvante consequentium quo-temporum ordinem conabor, quoad po-, exponere.

S. „Cyro igitur post regnum annorum 29.

„lingua dictus est, quod idem sonat ac Græce „ὑπερήφανος arrogans: is enim primus sancivit, „ut qui se salutarent, ab alio resalutarentur. „Regnavit annis 25. Post eum incæperunt an„nui Consules, Tribuni, & Ædiles annis 453. „quorum nomina recensere longum, & super„vacaneum putamus: hæc enim siquis disce„re velit, reperiet in Commentariis, quos Chry„seros scriptos reliquit, Nomenclator, M. Au„relii Veri libertus, qui ab urbe condita ad „obitum patroni sui Imperatoris Veri clare om„nia descripsit, & nomina, & tempora. Ro„manis igitur præfuere annui, ut diximus, Ma„gistratus annis 453. Postea imperarunt ii, „qui Imperatores vocati. Primus C. Julius im„peravit annis 3. mensibus 4. diebus 6. Dein„de Augustus annis 56. mensibus 4. die uno. „Tiberius annis 22. Tum Cajus alter annis 3. „mensibus 8. diebus 7. Claudius annis 23. „mensibus 8. diebus 24. Nero annis 13. men„sibus 6. diebus 28. Galba annis 2. mensibus 7. „diebus 6. Otho mensibus 3. diebus 5. Vitel„lius mensibus 6. diebus 22. Vespasianus an„nis 9. mensibus 11. diebus 22. Titus annis 2. „diebus 22. Domitianus annis 15. mensibus 5. „diebus 6. Nerva anno uno, mensibus 4. die„bus 10. Trajanus annis 19. mensibus 6. die„bus 16. Adrianus annis 20. mensibus 10. „diebus 28. Antoninus annis 22. mensibus 7. „diebus 6. Verus annis 19. diebus decem. „Tempus igitur Cæsarum usque ad mor„tem Veri Imperatoris est annorum 237. die„rum 5. A morte autem Cyri, & regno „Tarquinii Superbi ad mortem Imperatoris

univerſum tempus colligitur anno-
744.

9. „A mundo autem condito ſic univer-
tempus ſummatim deducitur. A mun-
condito ad diluvium anni fluxerunt 2243.
iluvio usque ad ſuſceptum a proavo no-
Abrahamo filium anni 1036. Ab Iſaac
Abrahæ usque ad populi in deſerto cum
e commorationem anni 660. A morte
is, & Joſue filii Nave principatu usque
obitum Davidis Patriarchæ anni 498.
orte Davidis, & regno Salomonis ad po-
transmigrationem in terram Babylonis
518. menſes 6. dies 10. A Cyri regno
mortem Imperatoris Aurelii Veri anni 744.
ondito mundo univerſum tempus colle-
n annos exhibet 5698. & qui excurrunt
ſes, ac dies.

. Ex his ita concludit S. Theophilus:

„autem regiones, & urbes a quibus suas ap-
„pellationes habuerint, necessarium non arbi-
„tror recensere, præsertim apud te, qui in
„historiis versatus es. Liquet igitur Mosen
„antiquiorem esse omnibus Scriptoribus: nec
„vero ipsum solum, sed etiam plerosque post
„eum Prophetas, & Crono, & Belo, & bel-
„lo Trojano. Nam secundum Thalli historiam
„Belus antiquior invenitur bello Trojano an-
„nis 322. Mosem autem annis nongentis,
„vel etiam mille ante bellum Trojanum exti-
„tisse, supra demonstravimus. Cum autem
„Cronus, & Belus æquales fuerint, plerique
„quis sit Cronus, aut quis Belus ignorant.
„Ac Cronum quidem nonnulli colunt, & eun-
„dem Bel, aut Bal appellant, ii præsertim,
„qui regiones orientales incolunt, nec tamen
„sciunt, quis sit Cronus, aut Belus: apud
„Romanos Saturnus vocatur, nam nec ipsi,
„uter sit antiquior Cronus, aut Belus, sciunt.
„Quod autem spectat ad Olympiades, quod-
„cunque etiam initium assignetur, ab Iphito
„cultum, & solemnitatem habuere, aut, ut
„alii volunt, a Lino, qui & Ilius cognomina-
„tus est. Numerus annorum, & Olympia-
„dum quem ordinem habeat, supra demon-
„stravimus. Rerum ergo nostrarum antiqui-
„tatis, & annorum omnium numerum arbi-
„tror, quam fieri potuit, accuratissime com-
„prehensum; atque ut nos latuerit tempus
„verbi gratia annorum 50. aut 100. aut etiam
„200. non tamen annorum millia, & decem
„millia, ut Platoni, & Apollonio, & cæteris
„mendacibus Scriptoribus placuit. Ac nos

,,quidem fortasse omnium annorum numerum ,,accurate non scimus, quia in sacris litteris ,,descripti non fuere superfluentes menses, & ,,dies: quod autem spectat ad ea, quæ dicimus, tempora, consentit & Berosus, qui ,,apud Chaldæos philosophatus est, & Græcis ,,cognoscendas tradidit Litteras Chaldaicas. Is ,,Mosi consentanee nonnulla dixit de diluvio, ,,& pluribus aliis historiis, atque etiam cum ,,Prophetis Jeremia, & Daniele ex parte consentit: nam eorum, quæ Judæis evenerunt ,,sub rege Babyloniorum, quem ipsi Abobassarum, Hebræi Nabuchodonosor appellant, ,,mentionem fecit, adhuc etiam, & templi Jerosolymitani, quomodo a rege Chaldæorum ,,solo æquatum sit, atque ut fundamentis templi anno secundo regis Cyri jactis, rursus ,,anno secundo Darii regis templum absolutum fuerit.

Cur Græci nostros Scriptores non memorent. n. 30.

21. Denique hunc librum S. Theophilus finit, & duas rationes affert, cur Græci Scriptores Hebræos raro commemorent. ,,Primum quidem, quia recenter ipsi litterarum ,,cognitionis participes facti sunt, quod quidem ,,ipsi confitentur, dum litteras dicunt inventas, alii quidem a Chaldæis, alii vero ab ,,Ægyptiis, rursus alii a Phœnicibus. Deinde ,,vero quia aberraverunt, & aberrant, dum ,,Dei mentionem non faciunt, sed inanium, & ,,inutilium rerum. Sic enim Homerum, & ,,Hesiodum, & reliquos poetas libenter commemorant; at incorrupti, & unici Dei gloriam non modo oblivioni tradiderunt, sed ,,etiam

„etiam maledictis impugnarunt, adhuc etiam, „& Dei cultores persecuti sunt, & quotidie „persequuntur: quin etiam iis, qui canora „voce convitiantur Deo, præmia, & honores „posuerunt; qui autem properant ad virtu- „tem & sanctam vitam exercent, horum „alios lapidibus obruerunt, alios interfe- „cerunt, ac eos hactenus crudelibus cru- „ciatibus subjiciunt. Quare tales homines „necessario amiserunt sapientiam Dei, nec ve- „rum invenerunt. Si vis igitur, hæc diligenter „evolve, ut habeas Symbolum, & pignus „veritatis.

HERMIÆ PHILOSOPHI

GENTILIUM PHILOSOPHORUM IRRISIO.

§. I.

Author hujus Irrisionis.

1. Hermias Philosophus, qui gentiles Philosophos tot salibus in hac irrisione exagitat, quisnam fuerit, aut quo tempore vixerit, nullus veterum nobis tradidit: quin etiam ex ipso hoc ejus libello nullæ notæ certi quidquam dijudicandi nobis apparent, sed tantum conjiciendi. S. Justino M. & Tatiano eum recentiorem esse, ex eo dispicimus, tum quod S. Justini vestigiis insistat, ejus-

Raphaelis Seileri Auguftani Bafil. an. 1553. in 8. Recufus fuit Græce, & Latine curante Gesnero Tiguri an. 1560. Item Parifiis an. 1624. & ad calcem S. Juftini an. 1615. & 1636. Coloniæ, feu Wittenbergæ an. 1686. Oxonii an. 1700. ac demum opera R. P. Prudentii Maran cum fcriptis S. Juftini Parifiis an. 1742. & Venetiis an. 1747.

§. II.

Argumentum hujus Irrifionis.

2. Hermias Tatiani fales contra gentiles Philofophos imitatus effe, & fuam fcribendi materiam ex illo Tatiani loco n. 25. defumpfiffe videtur. ,,Platonis decreta fequeris? Ecce tibi Epicureus Sophifta palam, & ,,aperte adverfatur. Rurfus Ariftotelem vis fe-,,ctari, tibique Democriti aliquis fectator con-,,vitiatur.,, Totus quippe Hermiæ libellus nihil aliud, quam elegans, & acuta hujus fententiæ Tatiani amplificatio effe videtur.

§. III.

Analyfis hujus Irrifionis.

3. Hermias Philofophus juxta priorum Patrum opinionem Philofophiam a malis Angelis traditam effe ex abfurdis, & pugnantibus inter fe Philofophorum fententiis de anima &c. probat, nam ,,Beatus Apoftolus Paulus ,,Corinthiis, qui juxta Laconicam Græciam ,,habitant, fcribens, *dilecti*, fic pronuntiat: *Variæ de effentia animæ fententiæ. n. 1.*

 ,,*Sapien-*

entia mundi hujus apud Deum ſtultitia eſt, d præter rei veritatem locutus. Videtur n mihi ab Angelorum defectione princi- n accepiſſe; quam ob cauſam nec verbis, ſententiis conſentanea inter ſe Philoſophi runt, dum dogmata exponunt: nam eo- alii dicunt animam ignem eſſe, ut Demo- s, alii aerem, ut Stoici, alii mentem, motionem, ut Heraclitus; alii vim a Sy- bus promanantem; alii numerum movendi ræditum, ut Pythagoras; alii aquam ge- em, ut Hippon; alii elementum ab ele- tis; alii harmoniam, ut Dinarchus; alii uinem, ut Critias; alii ſpiritum, alii atem, ut Pythagoras, & priſci, diverſa t de his ſententiæ? Quot philoſopho- , & ſophiſtarum contendentium magis, m veritatem invenientium argumenta- es?

„aliud nominanda ſunt, quam, ut mihi ſane „videtur, portentum, aut dementia, aut in- „ſania, aut diſſidium, aut hæc ſimul omnia? „Quodſi verum aliquid invenerunt, aut eadem „proferant, aut alius alii aſſentiatur, tunc & „ego libens obtemperabo eis. Sed ſi animum „divellunt, atque trahunt, alius in aliam na- „turam, alius in aliam eſſentiam, ac materiam „ex materia mutant, fateor, me crebram re- „rum converſionem moleſte ferre. Nunc im- „mortalis ſum, & gaudeo; nunc contra mor- „talis fio, & ploro; mox in individua corpora „ſolvor; aqua fio, fio aer, fio ignis; paulo „poſt nec aer, nec ignis: feram me facit, „piſcem me facit. Itaque viciſſim fratres ha- „beo delphinos; cum vero me intueor, cor- „pus pertimeſco, & neſcio, quo nomine id „vocem, hominemne, an canem, an lupum, „an taurum, an avem, an ſerpentem, an dra- „conem, an chymæram: in cunctas enim be- „ſtias ab illis ſapientiæ ſtudioſis commutor, „terreſtres, aquatiles, volucres, multiformes, „agreſtes, cicures, mutas, vocales, brutas, „ratione munitas. Nato, volo, ſublimis in „aere feror, ſerpo, curro, ſedeo: offert autem „ſeſe Empedocles, & arbuſtum me facit.

5. De principiis rerum non minor eſt inter *De principiis diſſenſio.*
Philoſophos diſſenſio „Nam cum hominis ani- „mum Philoſophi concordes deprehendere non „poſſint, multo minus de diis, aut mundo ve- *n. 3.* „rum pronuntiare poterunt: etenim ea forti- „tudine præditi ſunt, ne ſtuporem potius di- „cam: nam qui ſuum animum invenire ne-

 „que-

„tem, caliditatem, frigiditatem: horum enim „mutua inter ſe mutatione omnia, & oriri, & „interire. Defatigatus jam ſum, ſurſum ac „deorſum opinionibus jactatus: verum Ariſto„telis ſententiæ ſtabo, neque ulla amplius „ſententia tumultum mihi concitabit.

Pherecydis. 8. „Sed quid agam? nam ſenes his vetu„ſtiores animi mei nervos incidunt. Pherecy„des, qui principia eſſe dixit, Jovem, Tellu„rem, & Saturnum, Jovem ætherem, Tellu„rem terram, Saturnum tempus, ac ætherem „quidem producere, terram autem ferre, tem„pus vero eſſe, in quo fiant omnia. At inter „ſenes illos etiam eſt æmulatio. Etenim hæc *Leucippi.* „omnia Leucippus nugas eſſe exiſtimans, pri„mordia eſſe dicit infinita, & immobilia, & „minima: & ſubtilia quidem ſurſum elata „ignem & aerem fieri, craſſa autem infra ſub„ſiſtentia aquam, ac terram. Quouſque tan„dem talia edoceor, veri tamen nihil addiſco? *Democriti.* „Niſi Democritus ab hoc errore me liberet, „demonſtrans initia eſſe id, quod ſit, & id „quod non ſit, & id quod ſit, eſſe vacuum: „plenum autem in vacuo omnia, vel conver„ſione, vel figura efficere. Fortaſſis autem „bono Democrito aſſentirer, & una cum eo „ridere vellem, niſi a ſententia me deduceret *Heracliti.* „Heraclitus ſimul & plorans, & dicens. Uni„verſorum exordium eſt ignis, duæ autem „ipſius affectiones raritas, & denſitas; quarum „altera facit, altera patitur; altera coagmen„tat, altera ſeparat. Abunde jam ſatur ſum, „atque etiam tot principiis inebriatus. Sed & „illinc

„illinc Epicurus me adhortatur, ut nequaquam „pulchram suam de atomis, & de vacuo opi„nionem contumelia afficiam: nam horum „multiplici, & multiformi complexione cuncta, „& oriri, & interire. *Epicuri.*

9. „Non contradico tibi Epicure, vir op- *Cleanthis.* „time, sed Cleanthes capite e puteo elato sen- *n. 7.* „tentiam tuam deridet. Itaque, & ipse vera „principia haurio Deum nimirum, & mate„riam, ac statuo, terram in aquam migrare, „aquam in aerem; efferri aerem, ignem ad „terræ proxima accedere, animum autem per „totum mundum penetrare, cujus partem ali„quam nos adeptos animari. Cum autem ho„rum tantus sit numerus, alia mihi multitu„do ex Lybia affluit, Carneades & Clitoma- *Carnea-* „chus, ejusque sectatores, qui omnium alio- *dis, &* „rum placita conculcant, ipsi vero plane pro- *Cliomachi.* „nuntiant, universa incomprehensa esse, & ve„ritati semper falsam quandam imaginationem „esse proximam. Quid igitur agam post tanti „temporis ærumnas? quo pacto tot opiniones „ex animo meo effundam? Si enim nihil com„prehendi potest, veritas facessit ab hominibus, „& celebrata philosophia umbras potius con„sectatur, quam rerum scientiam comprehen„sam habet.

10. „Jam vero alii ex antiqua tribu, Py- *Pythago-* „thagoras, & tribules ejus, graves, & taci- *ræ.* „turni alias mihi opiniones quasi quædam my„steria tradunt; atque etiam illud magnum, „& arcanum: *Ipse dixit:* omnium initium est „uni-


as, e cujus figuris, & numeris elementa
t. Atque eorum cujuslibet numerum,
nam, & menſuram ita demonſtrat. Ignem
uor, & viginti triangulis rectangulis per-
& quatuor æquis lateribus contineri.
mquodque autem æquilaterum ſex trian-
s rectangulis conſtare; unde eum pyra-
i aſſimilant. Aerem autem octo, & qua-
ginta rectis triangulis impleri, & æquali-
lateribus octo contineri, æquiparari
em figuræ octonorum ſeſſuum, quæ
triangulis æqualium laterum continea-
quorum ſingula in ſex rectos angulos di-
ntur: itaque anguli omnes fiunt octo, &
draginta. Aquam autem centum, & vi-
i triangulis impleri, contineri autem æqua-
s, & æquilateris viginti, & comparari
aedro, quod conſtat ex æqualibus, &
ilateris triangulis centum, & viginti,
nerem vero perfici centum, & viginti tri-

„neque amplius curo, verum in ipsum æthe-„rem ascendo, & cubitu a Pythagora sumpto „ignem metiri incipio: nec enim satis est me-„tiri Jovem, sed nisi etiam ego magnum illud „animal, magnum corpus, magnus animus, „ipse in cœlum venero, & dimetiar ætherem, „interibit Jovis imperium: ubi mensus fuero, „& Jupiter ex me cognoverit, quot angulos „habeat ignis, rursus ex cœlo descendo, & „olivas comedens, ficus, ac olera, quamprimum „ad aquam me confero, & per ulnam, & di-„gitum, & semidigitum humidam naturam „metior, & profunditatem ejus supputo, ut „Neptunum quoque doceam, quantum sit ma-„re, cui imperat. Nam terram quidem uni-„versam una die obeo, & numerum ejus col-„ligo, & mensuram & figuras; persuasum „enim habeo, me ne dotrantem quidem to-„tius mundi prætermissurum, cum talis, & „tantus sim. Præterea etiam stellarum nu-„merum, & piscium, & bestiarum novi, & „mundo in bilancem imposito facile pondus „ejus possum cognoscere. Hactenus quidem „animus meus his rebus intentus totius uni-„versitatis imperium affectat.

12. „ Prospiciens autem Epicurus mihi ait: „tu quidem amice unum duntaxat mundum di „mensus es, cum sint multi mundi, & infiniti. „Age vero non amplius morans, comparato „paucorum dierum commeatu Epicuri mundos „peragrato. Terminos igitur Thetyn, & Ocea-„num facile transvolo; in novum autem mun-„dum, & quasi in aliam civitatem ingressus „cun-

Mundorum pluralitas irridetur. n. 10.

ćta paucis diebus metior. Illinc iterum ſcendo in tertium mundum, poſtea in rtum, & quintum, & decimum, & cen- num, & milleſimum, & quo tandem us- ? omnia enim jam ignorantiæ tenebræ , & nigra fraus, & infinitus error, & erfecta cogitatio, & incomprehenſa inſci- niſi ipſas etiam atomos numerare velim, ibus tot mundi orti ſunt, ut nihil inex- am prætermittam, præſertim res tam ne- rias, & utiles, unde & domus, & civi- felicitas dependet,, (*ſcilicet per ironiam.*) s omnibus Hermias ita concludit. ,, Hæc ne enarravi, ut contrarietatem, quæ in m eſt opinionibus, patefacerem, & in- tionem rerum, quam ſuſcipiunt, in infi- n vagari, & nullo termino contineri, nque finem inexplicabilem eſſe, atque lem, quippe qui nulla re evidenti, & ne perſpicua confirmetur.



INDEX
RERUM MEMORABILIUM.



Primus numerus paginam, secundus sectionem, tertius numerum marginalem indicat.

A.

S. Car-

D.

H.


L.

Le-

N.

P.

U. I. O. G. D.



ERRA-

ERRATA TOMI PRIMI.

Pag.	*lin.*		*corrige.*
24	7	si tu.	*adde* non
24	27	catat.	catech:
48	6	mollitur	molliter.
82	5	parva	prava.
82	33	principe	principis.
88	2	statuant	salutant.
93	33	quanto	quando.
115	25	soopus	scopus.
121	1	objectissimum	abjectissimum.
134	17	præcedentem	procedentem.
134	21	magno	magna.
156	9	Personam	Personas.
168	22	frugantiæ	fragrantiæ,
173	30	quædam	quadam.
174	16	expiatus.	expiatos.
259	12	gerore	gerere.
293	10	allficendo	alliciendo
317	19	iliam	illum
320	11	quantam	quandam
330	11	nino	omnino.
337	1	reperient	reperitent.
342	4	amlius	amplius.
342	5	die	dic
375	5	eodem	eadem
383	11	homines	& homines.
397	7	deerit	deerat.
397	14	eum	Id.
424	16	quaque	quæque
467	25	monimus	monuimus.
498	13	fumus	summus.
532	16	eum	eum
616	8	profecti	profecto
619	17	perpessione	perpessionis.
679	4	Spiritus	Spiritu





